М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 5.
№ 8.

Skrzyszów Ymmatrykuła
dnia 26 sierpnia 1846 roku

B. Karpiński
Sekr.

18
500

N
242
1 6

I.

120

PROTOCOLLON
INSCRIPTIONVM
ET
PRIVILEGIORVM
REGNANTE

Serenißimo & Potentißimo Principe Domino Domino AVGVSTO Secundo DEI Gratia REGE POLONIÆ, Magno DUCE Lithuaniæ, Rußiæ, Prußiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernicchoviæq; Nec non Hæreditario Saxoniæ Duce & Principe Electore.

PROCANCELLARIATV

Illrmi & Excellentmi Dñi, Dñi Caroli Comitis de Tęczyn & Czekarzowice TARLO Rñi Polóæ Vicecancellarij.

CANCELLARIATV

Illrmi & Rndmi in Christo Patris Dñi Georgij Albrachti Denhoff Episcopi Præmislien Præpti Plocen, &c. Supremi Regni Cancellarij.

ANNORVM.

1699. 1700. 1701i. & 1702di.

NOTARIATV

Gnosi Stephani Maychrowicz Actorum Metrices Regni Minoris Cancellariæ **PRÆFECTI.**

Anno Domini 1699 24 Augusti

Juramentum Præfecti Metrica Regni

Ego Stephanus Maichrowicz Juro quia juste Secundum Deum et ius scriptum fideliterque recognoscentium Inscriptiones recognitiones partium postulationes seu protestationes Diplomata et Regiæ Majestatis Priuilegia in librum actorum Cancellariæ Regni inscribam et suscipiam inscribi et suscipi curabo, ad suscipiendas quasuis recognitiones ad ægrotos non nisi cum scitu et consensu eius majestatis et Cancellariorum et uice Cancellariorum Regni condescendam. Et si quid majestati eius noxium sciuero audiero et intellexero eius majestati et Cancellariis. Et Vicecancellariis revelabo, secreta quæ mihi communicabuntur nemini pandam et semper majestati eius et Cancellariis et uice Cancellariis fidelis ero. Alias negotia mihi incumbentia fideliter et prospere meo peragam, finibus omnibus consuetæ meæ iudicium sequar et dudum Sic me Deus adiuuet et Sancta Crux Christi.

In Nomine Domini

Actum Varsauiæ Feria Tertia in crastino Festi Sancti Bartholomæi Apostoli et Martyris die scilicet vigesima quinta Mensis Augusti Anno Domini 1699.

Obtulit Barski Priuilegium Bronieclucmu pro Insita penes Ad relationem Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Domini Caroli portam Arms Vatiu. Comitis de Tęczyn et Czekarzewicze Barto Pro Cancellarii Regni

Augustus secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Liuoniæ Smolen Seueriæ Czerniechouiæq; nec non Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices Regni cancellariæ nre minoris Ille Valentinus Barski obtulit et ad acticandumq; porrexit Priuilegium Serenissimi Ire Vladislai Quarti Regis Poloniæ cuius tenor est eiusmodi. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolensciæ Czerniechouiæque. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos obsequiorum Honesti Jacobi Baptistæ Seruitoris et Vitrarii nostri quæ in Suppeditandis usui quotidiano et mensæ nostræ deseruientibus generis varii vitris a multis annis præstat et hucusq; præstare non desinit memores quo ad eadem in posterum ob loco promptitudinem celerior efficiatur faciendum duximus, ut ipsi Conjugi liberis ac posteris eius fundi nostri ad arcem consistentis in longum octo in latum vero tres cubitos a porta Cracouiensi cubitis sex distado pro extruenda insita Vitraria daremus et donaremus prout damus et donamus præsentibus hisce perpetuo et in æuum. Ita ut in eadem insita post quam ab eo extructa fuerit licitum sit ipsi vitra tam Comitiorum quam alias temporibus absq; cuiusuis præpeditione vendere et distrahere. Ratione quorum tam fundi quam insitæ nulla onera Ciuilia tam ipse quam Vxor Proles et posteri ipsius cuiquam pendere tenebuntur, ad obsequia Nihilominus nobis præstanda erunt adstricti. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Magistratus Varsauiensis et architecti nostri nunc et pro tempore existentis deducen mandamus ut prædictum Jacobum Baptista Seruitorem nostrum Conjugem prolem et posteros ipsorum circa memoratu fundum et insitam super ipso integre conseruent et manuteneant. Conseruariq; et manuteneri faciant nec eo nomine difficultatis quidquam facessere præsumant pro gratia nostra. In quorum fidem præsentes manu nostra

nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae die vigesima quarta Mensis Decembris Anno Domini MDCXXXIX Regnor nostror Poloniae Septimo Sueciae vero VIII. et Anno. Vladislaus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariae Regni

Oblata Priuilegii Baptistae pro Insita Prici arcem Varsauiensem

Donatio fundi octo Cubitorum ad mania arcis pro extruenda insita Vitraria Jacobo Baptistae Vitrario et Seruitori S. R. M. Stan: Skarszewski Sub-Dap: Sandomier. Quod quidem Supra insertum Priuilegium mrum donatorii pro Jacobo Baptista emanatt cuius originale offerens ad se recepit et de recepto Cancellariae Nostrae quitauit Nos ad acta praesentia Suscipi iisdem inseri et ingrossari atq; usq; ex iisdem actis de verbo ad verbum describi parti affectanti authentice extradi permisimus. Inquor Actum & Relatho &

Sub eodem Actu

Ad relationem eiusdem.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux &

Significamus praesentibus literis nostris quor interest vniversis et Singulis Quod veniens ad nos et acta Metrices Regni Nris Valentinus Barski obtulit ad acticandum porrexit Priuilegii confirmationem continentis inse certam donationem particulae fundi cuius tenor Sequitur. estq; eiusmodi Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae &. necnon Sueciae Gothorum Vandalorumq; hereditarius Rex. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniversis et Singulis Exhibitas et reproductas coram Nobis esse literas authenticas Sigillo minori Regni communitas Donationem sequi fundi ad mania arcis Varsauiensis facen pro extruenda insita vitraria Egregio Jacobo Baptista Seruitori Scrae Regiae Mtis per olim S Regem gratiose collatam inse continentê Sanas illasas omnig vitio carentes Supplicatumq; Nobis ut eas authoritate Regia approbare & confirmare dignaremur Earum vero tenor est talis Vladislaus Quartus Dei Gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae &. Significamus & Quia Nos obsequior Honesti Jacobi Baptistae Seruitoris et vitrarii Nostri quae in suppeditandis usui quotidiano et mensae nostrae deseruientibus generis vitrei Vitris a multis annis praestat et hucusq; praestare non desinit. memores quo ad eadem imposterum ob loci propinquitatem celerior efficiatur faciendum duximus ut ipsi Coniugi liberis ac posteris eius fundi nostri ad arcem Consistens in longum octo in latum vero tres Cubitos, a porta Cracouiensi Cubitis Sex distans pro extruenda insita Vitraria damus et donamus prout damus et donamus hisce praesen perpetuis et in aeuum. Ita ut in eadem insita postquam ab eo extructa fuerit licitum sit ipsi Vitriatam Comitiorum quam alias temporibus absque cuiusuis praepedimone vendere et distrahere. Ratione quorum tam fundi quam insitae nulla onera Civilia tam ipse quam Vxor proles et posteri ipsius Cuiquam pendere teneantur ad Obsequia nihilominus Nobis praestanda erunt adstricti. Quod ad notitiam omnium quorum interest praesertim vero Magistratus Varsauien

J

et architecti nri nunc et pro tempore existen deducen mandamus ut prædictum Jacobum Baptista Seruitorem nostrum Conjugem prolem ac posteros ipsorum circa memoratum fundum et instituam super ipso integre conseruent et manu teneat Conseruarig et manutenere faciant nec eo nomine difficultatis quidpiam facere presumant Pro gratia nostra. In quorum fidem presentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die xxiv Mensis Decembris Anno Domini MD CXXXIX. Regnorum nostror Poloniæ VII. Sueciæ VIII. Anno. Vladislaus Rex Stanislaus Skarszewski Subdapifer Sandomien Locus Sigilli

Qui quidem porrecta Supplicatium uti iuste ac equitati consentanea Nos benigne annuentes preinsertas Literas nomnibus earum concessionibus immunitatibus punctis clausulis et contentis vniuersis approbandum confirmand et ratificandum esse duximus uti quidem in quantum est iuris approbamus confirmamus et ratificamus presentibus Literis nostris. Eo nihilominus puncto quantum attinet redendationem vitrorum in eadem instita illis verbis Supercoribus expressam licitum sit ipsi vitra tam Comitorum quam aliis temporibus vitra distribuere taluter declarato meliorato. Quod videlicet tam tempore Comitior Regni quam alio quouis idq Sub discessum quandog nostrum Varsauiæ Siue id absentibus Nobis Sanguinem nostrum Regium in arce Varsauiensi residere Siue etiam aliquam personam ex dignitariis aut officialibus Regni custodiæ causa de mandato nostro eidem arci præesse contigerit, vitra uarii generis ibidem licite et sine cuiuspiam prapeditione vendere poterit. In quorum fidem presentes manu nostra Subscriptas Sigillo regni communiri iussimus Datum Cracouiæ in Comitiis felicis Coronationis nostræ die xx Mensis Januarii Anno Domini MDC.XLIX. Regnorum nostrorum Poloniæ Sueciæ Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Confirmatio Donationis per Serenissimum olim Regem certi fundi ad mœnia arcis Varsauiensis vacent pro Extruenda instita Vitraria Jacobo Baptista Seruitori Regiæ Mtis Rettigianus De Raszewno Regens Cancellaria Regni mp. Quod quidem Supra insertum Priuilegium nostrum cum eius confirmatione pro Hon Jacobo Baptista emanatt cuius Originale idem offerens denuo adse recepit et de recepto Cancellariam nostram quietauit) Nos ad acta præsentia Suscipi iisdem inseri et ingrossari et rursus ex iisdem actis de verbo ad verbum descripto parti assectanti authentice extradi permisimus. Ingross & actum & Relato

Sub eodem actu.

Gnosus Winkler et Nobilis Horlemes roborant Contractum

Ad relationem eiusdem Illmi Procancellarii Regni.

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Masouiæ &

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Singulis. Quod coram Nobis et actis Metrices Regni Cancellariæ Nostrd.

minoris

minoris personaliter comparentes Generosus Joannes Winkler Thesauri Regni et Reipublicæ Quarta ac Hybernorum Notarius ab una et Nobilis Augustinus Horlemus Secretarius Regius Consul antiquæ Varsoviæ ab altera parte Sanimentibus et corporibus existentes, recedendo a foro et Jurisdictione Sua quauis propria et competenti, huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quo ad huntaxat hunc actum attinet se cum personis bonis ac posteris Suis Subiiciendo et incorporando palam, ultro, libere, et benevole recognouerunt præsentibusq; recognoscunt et quilibet illorum Suo pro interesse ac ex propria persona recognouit. Quia ipsi Contractum polonico idiomate confectum tenoris Sequentis. Kiedy prowidencia Boska ktora człowiekowi na Swiecie zyiącemi niedobrze bydz bez przyiaciela wyrokiem Swym determinowała porożnych Jm Pana Jana Winklera Pisarza Kwarcianego y Hybernowego Rzeczypospolitey koronnego około Stanu Swoiego deliberaciach serce y affekt Jegomu do Jmci Panny Katarziny Lubienieckiey godney Jmci Pana Jana Lubienieckiego Zeymuá Pana cżina Orlemusowna Jm Pana Augustyna Horlemesa krolow: Jmci Sekretarza y Radnego Pana miasta Starey Warszawy corka teraznieysza Secundo voto Lubiatowska splodzoney, iedynej Coreczki a Wnuczki pomienionego Jm Pana Augustyna Horlemesa Kayce Warszawskiego pod opieka iego a Cunabulej ferme zostaiącey skłoniła, takze y Sam przez Się y przez przyiaciol swoich oprzias Jmu dożywotnią pilne czynił Starannie. Tedy Jmć Orlemes iako Dziad y naypierwszy y przyrodzony pomienioney Jm Panny Katarziny Lubienieckiey opiekun, uważaiąc zacnosc Starodawney familiey Jchmciow Panow Winklerow z Przezacnymi y pierwszemi tak in Imperio iako y tu w Polsce Domami z Celligowanych, tudzież Sensando Wysokie qualitates y chwalebne Sprawy, ktorymi Sobie na Stawę y tuskę u Całey Rzeczypospolitey zasługuie Prześwietnego Jm Pana Pisarza Kwarcianego koronnego, maiąc przytym od Jmci Panicy Lubiatowskiey Corki Swoiey a rodzicielki Jm Panny Lubienieckiey wzaiemnych affektow ku Jemu Panu Winklerowi inklinacią y na dożywotnia przyiaźn zezwolenie. aby to ku chwale Pana Boga Wszechmogącego było, pomienioną Jmć Pannę Wnuczkę Swoię in Consortium uxta Zadożywotniego Przyiaciela temuż Jm P Winklerowi dać y zaślubić zezwolił, Co żeby się Skuteczniey stać y wypełnić mogło, takowy ztąd że Jemu Mci Pan z pełną mocą y na wolą Swoię zdanie tak słownie iako y listownie deklarowanie na ostatek wyrozumiawszy dostatecznie Zamęży Jm Panny Lubienieckiey z Panem

Panem Winklerem tak swoim iako y przyrzeczoney Jey mci Panny Lubieneckiey Wnuczki Swoiey imieniem, matura deliberatione umowiel y postanowiel Kontrakt antenupcialny. A naprzod stosuiąc się do spolnego namowienia czas Slubu albo wesela dzien dwudziesty trzeci Miesiąca marca Jchmc naznaczaią. A potym maiąc nato baczność Jm P Orlemes ze Jm P. Pisarz Kwarciany znaczne fortuny swoie tak w dobrach Stoiących tu pod iurisdikcią miasta Starey Warszawy nabytych, iako y ruchomych do Jmci Panny Lubienieckiey z Sobą przinosi y daleko wieksze wrzekszą actiuitatem Jeśmi ktora in publicis pollet expectant, a dotego yonera Slubne in absentia Rodziciełki Jeymc Panny mlodey sumptu proprio zaotemponac sni si. Rad to zawdzięczaiąc wyswiadczoną Sobie przez Jmć od lat pięciu Mieszkaiąc wtey że Kamienicy humanitatem y dobrego affektu dokumenta uważaiąc y to że Jmć Pani Lubiatowska nietylko to coby iey było według prawa pro Sorte materna po Rodzicielce iey in bonis mobilibus et immobilibus należało, ale daleko wiecey tak w Summach gotowych na pięcdziesiąt tysięcy złotych wynoszących, iako y w kleynotach y Sprzetach roznych od Jmci Pana Rodzica Swego wybrała, y ta Substancia na kupienie maietnosci Ziemskiey Dziedzicznej obrocona iest. Tedy J m P. Orlemeszeby ten związek Jchmosciow młodych neosponsarum Sublata omni occasione maqualitatis arctioribus zobopolnych affektow coharcat nexibus. z Szczerey y uprzeymey przeciwko Jmci Pannie Lubienieckiey iako Wuiec ie y Wychowanicy Swoiey miłosci, na ktore Sobie Jmć pilnemi y ochotnemi Wstarosci iego przisługami, woli y manudukcyey iego obserwancią y wszelką do pięknych y Stanu Panienskiego godnych obyczaiow applikacią zasłużyła maiąc liberam et absolutam ac indipendentem bonorum Suorum in uita Sua dispositionem, z tych dobr: ktore Jeszcia a maioribus Suis czescią przi błogosławieństwie boskim z przyszłey Swoiey rotundy nabył, chcąc miec participes, pomieniona Jmć Panne Lubieniecka y Jm Pana Pisarza Kwarcianego przyszłych Deo dante małzonkow, onyci y Successorom ich dobra Swoie dziedziczne niżey Wyrażone, to iest Kamienicę Orlemusowska antiquitus nazwaną, w Rynku warszawskim podle Kamienicy Kociszewskich, ad praesens Jmci Pana Pisarza Kwarcianego Dziedzicznej ziedzicy y Dzisnska albo Orlemusowską z drugiey strony stoiącą Latą y Zupełna cum iure Patronatus do Oltarza Orlemusowskiego in Collegiacie Warszawskim także Sortes quas et quales w kamienicy Dzisnskiey podle wyżey wspomnionej Kamienice Orlemusowskiey leżącey Sese concernens Kamienicę Mincerowską albo Części iey partim per Successionem

partim iure quæsito nabyte. Kamienice Jabłkich expost Goldynowska
którą Im P Groskiewicz Pisarz Konsystorski w pewney Summie iure
obligatorio trzima. Spichlerz murowany z gruntem pustym nad
wisłą leżącym. Item Sortes maritales w Dobrach Lwowskich po
pierwszey małżonce Swoiey a Rodzicielce Imci Panney Lubia-
towskiey Sobie iugore Plebisciti Cautelis illius należące
tak w Mieście iako y za miastem będące z rolami y Lasem
cum omni dominio proprietate hæreditate et iuribus ad eas
lapideas et bona uniuersa eorumq; attinentiis seruientibus
daie, daruie, y zapisuie. niniejszym Kontraktem. y Zapisy
Przedowne cum Sufficientissima Cautione a quibuscunque
personis et iuribus prætensis w Xięgach Sądzieckich Stary
Warszawy pro firmiori iuris et possessionis certitudine, na
tez dobra zeznac obiecuie, co iednak ieo exdotatione Imci
Panny Lubieneckiey censeri niema. Imò plenarium Iusrepe-
tendi dutem de iure competentem Jeymci Pannie Lubie-
nieckiey præiudicat. Aze wtey Kamienicy Orlemusowskiey
wtorey adprasens mieszka medietas Imci Panney Lubieniec
kiey adprasens Lubiatowskiey materna zostaie, et in eadem
medietate Sortes paterna Successorow wyzey wspomnionego
Im Pana Lubieneckiego concernunt, Submittuie sie tenze Imci
Orlemus ze pomienione Imci Panią Lubieniecka terazniey
sza Lubiatowska Corke Swoią y zmałżonkiem iey do tego
przyzwiedzie aby części Swoich wtey że Kamienicy Orlemus
należących, in personas Schmuow Xcossorum Inscriptione
officiosa ustąpieli y wlewek prawa uczynieli, maxime że przed
kilka lat modo obligatorio iurem et necessitatem Imci Pa-
nney Lubiatowskiey Corki Swoiey Summy pietnastu Tysięcy
złotych Polskich od Imci Pana Pisarza Kwarcianego Za-
ciągnął byt y te Summę Jeymci Pani Lubiatowska ra-
titer zrąk Jeo mci Pana Augustyna Orlemesa Oyca Swo
iego odebrała Prowizią płacic przyobiecała y do tych Cza
sta Summa pietnaście Tysięcy złotych polskich modo
debiti powzi Jeymu Panney Lubiatowskiey zostaie. Wie
iezeliby się Imć Pani Lubiatowska pretextu hæreditatis
et Successionis materna do tey Kamienicy trahere chciała

y resigno

y resignacyey medietatis Swoiey nieuczyniela. tedy nietylkoto pietnaście tysięcy złotych polskich Jeo mu Panu Pisarzowi Kwarciańskiemu ky przyszłey małżonce iego Jey mości Pannie Lubienieckiey (ktorych praesenti contractu in casum impetitionis praetensa Sortis Maternae Responsis futuris Im Pan Horlemes Cessyą czyni) Wrocic będzie powinna, alete z pro maiori Iuris cautela całey tey Kamienicy firmitate Im Pan Horlemes na innych wszelkich dobrach pod ten Kontrakt nie podpadaiących Jeomu Panu Winklerowi Cuichoweni in casum impetitionis od Imci Panicy Lubiatowskiey y Im P. Lubiatowskich et illorum Successorum zapisane. Pod ktora iednak cautelą Summy tak do Ołtarza Orlemusowskiego iako y do szpitala reemphoua liter antignatus na tey Kamienicy zostaiące trabi nieponinny. y owszem cum hoc onere płacenia od nich wyderkafu ac cum Iure Patronatus Ołtarza Orlemusowskiego whosciele Kollegiacki Swiętego Jana zostaiącego te Kamienice posiadaie. Ztąd Im P Winkler pozwala y pomienione Wyderkaufy co rocznie de integro płacic obiecuie. Wzaiemnym tez sposobem Im P Winkler Pisarz Kwarciany wdzięcznym będąc tego affektu Im Pana Orlemusa nietylko debitam iako Dziadowi Swemu z przyszłą Jey mością Swoią obseruancyam praestare przyobiecuie, alete z pomieniona Imci Swoię przyszłą małżonkę ad medietatem dobr Swoich wszystkich stoiących tu pod Iurysdykcia Miasta Starey Warszawy maiących iuxta resonancyam Iuris Culmensis przypuszcza. Ktoryto Kontract strony obiecuią sobie dotrzimac sub damnis Cuilibus simplici assertione taxandis obiecuia o ktore forum sobie ex personis et bonis competens naznaczaią renunciando quibusdis Iuris beneficiis. Ztąd dla lepszey wiary rękami się własnymi podpisuią. Działo się w Warszawie dnia Osmnastego Miesiąca Marca Roku Panskiego Tysiącznego Szescsetnego Dziewiecdziesiątego Dziewiątego Augustinus Orlemus ręka Jan Winkler Pisarz Kwarciany y Hibernowy Rękoma ... antematrimonialem inter se recognoscentes mutuo consensu et spontanea voluntate ab utrinque ratione rerum et conditionum in supra scripto Contractu antenuptiali expressarum die decima octaua Mensis Martii Suo et Sponsa Catharina Lubieniecka ad presens Sponsi Joannes Winkler Anno Sponsalitis iam vero Nho Horlemes nepotis nomine

Domini Millesimo Sexcentesimo nonagesimo nono initum, concl[u]sum, determinatum, & Confectum manibus propriis Sui recognoscentium Subscriptum, in omnibus eiusdem contractus punctis, clausulis articulis nexibus, ligamentis et conditionibus universis approbant confirmant, et ratificant, eundemq[ue] in toto et in quauis illius parte tenere complere et adimplere Sese recognoscentes & Suos Successores de bonis Suis generaliter omnibus & Summis quibuscunq[ue] pecuniariis insorbunt et obligant, Idq[ue] Sub Damnis Cuilibus simplici asserione taxandis casu contrauentionis eidem Contractui in toto Seu in quauis minima parte perse et Successores Suos ad Solvendum irremissibiliter Succumbendis. Pro quibus quidem damnis acre ipsa principali in toto vel in minima parte non completa nihilominus complenda ad officium seu Judicium ex persona Suis competentis citati existentes in primo stationis termino tanquam peremptorio comparere et non utendo illis dilationibus exceptionibus et quibuscunq[ue] iuris beneficiis respondere, iudicatum iudicii illius pracuis omnibus dilationibus appellationibus motionibus earumq[ue] Prosequutionibus quibus ad presens pro se et Suis Successoribus abrenunciat eiusq[ue] executionem pati Damna Succubita totalia non recedendo a iudiciis reponere et nihilominus rei Principali pro qua fuerint satisfacere tenebuntur hac sua personali recognitione et Inscriptione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis robo ratoriæ perfectis prima Quam iidem recognoscentes manibus Suis propriis Subscripserunt Augustinus Orlenus pp

Quam quidem Inscriptionem roboratoriam nos firmam et ratam habentes habericq[ue] ab omnibus volentes Nos ad acta presentia Suscipi et eisdem de Verbo ad verbum depromptis authentice extradi permisimus In quorum &c actum &c. actum ut supra.

Obtulit privilegium Bromecki pro Insula Circa murum arcis Varsavien consist

Sub eodem actu

Ad relationem eiusd Illmi Pro Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuan.

Significamus presentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et Singulis Quod Clemens personaliter ad nos et acta metrices Regni Cancellariæ Nros Nobilis Petrus Starembek obtulit ad acticandum, porrexit et confirmationem Privilegii cum eius conservatione Pauli Joanni Baptistæ Bromecki olim Hon Jacobi Baptistæ filio Servienti Super fundo nostro et penes murum arcis Varsaviensis parenti per olim Serenissimos Vladislaum quartum et Joannem Casimirum Reges Poloniæ predecessores Nros donato cuius tenor Sequitur Michael Dei Gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ. Significamus &c quod cum Paulo Joanni Baptista Bromecki actualis et Salariati Servitoris Ministerii Serenissimi Joannis Casimiri predecessoris nostri charissimi fidem et industriam commendatas habeamus

habeamus fauendum duximus vtrum seruitorem itidem ac factorem nostrum Curiæ
nostræ Subiiperemus et asumeremus præsentibus Literis nostris plenariam illi facultatem
dantes et concedentes omnibus et singulis Iuribus priuilegiis prerogatiuis et immunitati
bus Seruitores et factores nostros de iure et consuetudine concernentibus utendi et
fruendi tabulam seu Signum quoduis artificii sui cum Super inscriptione tituli nostri
Regii tam Sub præsentia quam absentia Trium Varsauiæ publice exponendi mercesue trahendi
as inuehendi et diuendendi absq; contributionibus quibusuis priuatis laudabilis et in po-
sterum laudandis, publicis nihilominus contributionibus exceptis, tum etiam a Juris
dictione quorumuis magistratuum eundem eximimus liberumq; et absolutum fau
mus et declaramus nra vero aut Magnificorum Regni Curiæ nræ Marschalcor iurisdictio
ni immediate Subiicimus. Ac ut eo maiorem erga se nostram experiatur gratiam eunde
circa fundum nostrum et piscinam eiusdem possessionem penes arcem consistem
in longum octo in latum vero tres Cubitos a porta Cracouensi cubitis sex distans et
circa instituam Vivariam meodem fundo a Fam Jacobo Baptista Parente ipsius extructi
eidem per Speciales Priuilegii literas a Serenissimo olim Vladislao av. prædecessore
nostro de data Varsauiæ die 24 Mensis Decembris anno Dni MDCXXXIX datam
et donatis a Serenissimo vero Joanne Casimiro de data Cracouiæ in comitiis felicis
Coronationis Suæ die vigesima Mensis Januarii Anno Dni MDCXLIX confirmatis
conseruamus et relinquimus. In qua instituta liberum ipsi Vxoriq; proli ac posteris
ipsius sine pensione illorum onerum Quibus est et in perpetuum erit Vectra
tam comitiorum quam aliis temporibus absq; cuiusquam impedimento vendere
et distrahere Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magistratui Cuiusdam
nræ Antiquæ Varsauiæ aliisq; quibusuis notum esse volumus mandamusq; ut
præfatum Fam Joannem Baptistam Bronierski pro seruitore et factore nro habeat
et agnoscant omnibusq; libertatibus ac prærogatiuis quæ seruitoribus nostris de
Jure et consuetudine competunt libere frui et gaudere patiantur pro gratia nra
In cuius rei fidem præsentes manu nostra Subscripsimus. et Sigillo Regni Com-
muniri iussimus Datæ Varsauiæ die XXVIII Mensis Junii. anno Domini MDCLXX
Regni nostri primo Anno. Michael Rex Locus Sigilli maioris Cancellariæ Regni
pendens. Confirmatio seruitoratus Fam Joanni Baptistæ Bronierski Notarii S. Motto
Quod quidem Priuilegium cum eius confirmatione pro Fam Joanne Baptista
Bronierski emanato cuius originale eidem offerens ad se recepit et de recepto Cancella
riam nostram quietauit Nos ad acta præsentia suscipi iussimus inseri et ingrossari
et ex eisdem actis de verbo ad verbum descripta parti affectanti authentice extradi
permisimus. In quor fidem.

Oblata Priuilegii intitu
instita pro Bochenkowicz

Sub eodem actu

Ad relationem eiusdem Illmi Pro Cancellarii Regni
Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonias magnus Dux Lithuaniæ &
significamus præsentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et singulis
Quod veniens personaliter ad nos et acta metricis Regni Cancellariæ Nræ minoris Nici Valenti
nus Barski obtulit ad acticandumq; porrexit Priuilegium cum eius confirmatione ac
conseruatione circa anteriora Priuilegia Serenissimarum olim prædecessorum Nostrorum
Vladislai IV Joannis Casimiri Michaelis Regum Poloniæ per Serenissimum olim
Joannem Tertium Regem Poloniæ Nobilibus Alberto Bochenkowicz Consuli et nhgud
Varsauiensi et Cristina Stomiadzka Coniugibus Superinstitæ penes muros arcis
nostræ

nostra Regia Varsauiensis consistens benigne collata et emanata cuius tenor
sequitur et est talis. Joannes Serhius Dei gratia Rex Polonie &. Significamus &
Quod quemadmodum Serenissimus olim diue memorie Vladislaus quartus antecessor
Noster ob singularem respectum meritor Fam. Joannis Baptista Seruatoris sui eiusdem Uxor
proli ac posteris ipsi pro erigenda insita fundi ante arcem Varsauiens consistent in
longum octo inlatum vero tres Cubitos a porta Cracouiensi sex cubitis distans
dederat et donauerat, et eundem cum vxore ac posteris ipsius circa eiusmodi
di donationem Serenissimus olim Joannes Casimirus Rex antecessor Noster
literis Suis conseruauerat, ipse vero vita functo Fam olim Joannem Broniecki
filium ipsius intuitu meritorum nos in Comitiis felicis coronationis nostre
adhaerendo Priuilegio Conseruationis Serenissimi Michaelis Regis Polonie
circa possessionem praefata institae et fundi conseruauerunt. Ita cum pre-
dictus olim Fam Joannes Broniecki bene de nobis et Serenissimis antecesso-
ribus meritus praesertim et defectibus suis ingrauem et diuturnum incudis
set morbum, in eoq plurima debita et onera a diuersis personis et pre-
sertim a spectabili Alberto Bochenkowicz Consule et mercatore aprie sue
Super eandem institam contraxisset eidemq et Christine Coniugi ac eorum
Successoribus in exolutionem onerum institam praefatam in possessionem
realem Subrathi habitione nostra Regia tradidisset faciendum duxi-
mus ut tam ob respectum meritorum praefati olim Fam Joannis Broniecki
quam ob singularem praedicti Spectabilis Alberti Bochenkowicz in tra-
ctandis negotiis et Subministrandis variis ad usum aule nostre meritis
deateritatem, circa eandem institam et fundum praefatos Spes Alberti
Bochenkowicz et Christinam Coniuges tangnam proximiores et eiusdem
olim Fam Broniecki Successores conseruamus, uti quidem inhaerendo Pri
uilegiis nedum eidem Fam olim Broniecki sed et Successoribus ipsius Ser-
uiens ipsos ac posteros ipsorum circa pacificam possessionem et usum
fructum institae eiusmodi et fundi in quo consistit. Supplendo omnes
defectus iuris conseruamus. Alias si ex aliqua ratione iuris, insita cum
una cum fundo in quo consistit dispositioni nre est obnoxia, eandem
cum praefato fundo memoratis Spectabilibus Alberto Bochenkowicz
et Christina Coniugibus ipsorumq Successoribus ex liberalitate nra
Regia damus et conferimus. ita ut in eadem instita ipsis, liberis ac
posteris ipsorum sine pensione onerum quibuscumq liberum sit quouis
tempore et in perpetuum merces in quantumuis iuris est absq; cuiusquam
praepeditione vendere et distrahere harum literarum nostrarum
vigore. Quas in maiorem fidem manu nostra Subscriptas Sigillo
Regni Communiri iussimus. Datum Leopoli die octaua Mensis Janua
rii Anno Domini MDC LXXXII. Regni vero nostri VII Anno Joannes
Rex Locus Sigilli minoris Cancellaria Regni. Confirmatio Confirma
tionis Priuilegiorum Super institam Varsauie inspectionum Sye
stabilium

-ctabilium Bochenkowiczow cedendo Stanislaus Sezuka Pocillator Vilnensis Quod quidem Priuilegium suprascriptum pro Spectabilibus Bochenkowiczowie Coniugibus eorumq; Successoribus emanatum Sinus originale eidem offerens adhoc denuo recepit et de recepto Cancellariam nostram quietauit Nos ad acta praesentia Suscipi eidem mseri et inprosari et ex eisdem actis de verbo ad verbum describi parti affectanti Authentice extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c. Relatum &c.

Sub eodem actu

Oblata Decreti Superinstitam Civitatem murum arcis Varsauiensis Pro Nobili Bochenkowicz Super GS Barathinouie

Ad relationem eiusdem Illmi Pro Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Kiouiae Volhyniae Podoliae Podlachiae Liuoniae Smolensciae Severiae Czernichouiae Nec non Dux Saxoniae Princeps Elector

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis. Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices Regni Cancellaria nostra minoris Nobilis Valentinus Barzki obtulit ad acticandum quae porrexit Decretum nostrum Serenissimi Joannis Tertii Praedecessoris de actu et data Sawarouiae in Russia detenire sequenti. Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Kiouiae Volhyniae Podoliae Podlachiae Liuoniae Smolensciae Severiae Czernichouiaeque. Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis Citatos fuisse ad Nos et Judicium nostrum Literis Citatoriis nostrae Regiae Spectabilem Albertum Bochenkowicz Consulem et mercatorem Civitatis nostrae Antiquae Varsauiae ac Christinam Coniuges de personis Causa infrascripta bonisque illorum generaliter omnibus. Ad instantiam Gnosi Insinuatoris Regni eiusq; delatorum Gnosorum Theresiae de Minsko Opacka olim Gnosi Tituli Liuii Boratini Secretarii nostri Consortis vidua relicta, Ludouicae Gnosi Francisci Makowiecki Capitanei Trebonensis Consortis Barbarae nuptae filiarum Casimiri olim Regis modoi Alexandri Francisci cum memorata Ludouica de Minsko Opacka procreatorum filiorum et filiarum Successorum actorum. Idq; idem. Quia illi non metuendo vigorem Pactarum in legibus Regni Sanctarum ausi sunt et temere praesumpserunt infundo delatorum proprio olim Gnoso Tito Liuio Boratini per Priuilegium iure hereditario a Serenissimo pie memoriae Joanne Casimiro Rege antecessore nostro benigne dato et per Constitutiones Regni approbato Varsauiae Institam extruere prout delacto miliis delatoribus extruxerunt nescitur quo Jure aedificarunt Fundum ademerunt per quod poenas legum Regni succubuerunt adeundum scilicet et audiendum ad restitutionem et deoccupationem memorati fundi delatorum proprii Censuum ex eodem fundo provenientis

uenientium per tot annos detentorum exolutionem et persolutionem
damnorumq' et litis expensarum refusionem per Judicium nostrum
stringi et compelli. Priuilegium quod ad male narrata Cancellaria
nostra intercessit reponibile esse adinueniri illudq tolli cassari et
adnihilari. Nihilominus praecauendo ne pendente lite instas alios
in eodem fundo extruere praesumant illis sub penis inhibemus
Citatione ipsa originali latius praemissa obloquente. Interminq
itaque hodierno ex eadem Citatione nostra Regia legitime ad praesens
prouenientes et huiusq' continuato. Partibus Supranominatis Citatis
scilicet Spectabilibus Alberto Bochenkowicz Consule Cuiatis
Antiquae Varsauiae et Christina Conjugibus per Wlem Joannem Sathowski
Plenipotentem Suum coram Nobis et Judicio nostro comparente ter
minum eundem attentante. Actorea vero videlicet Prudo Inshgame Re
gni eiusq' delatoribus Prosis Theresia de Minsko Opacka olim Pro
Tulii Linii Borealini Secretarii nostri Consorte Vidua derelicta tum Succes
ribus Illius voce ministerialis Petrus Agni Pralis Wlo Alexandri Bor
kowski ter et ultra Solitam Juris formam quatenor vicibus acclamatis
non tamen per se nec per Suum Praemiis legitimum plenipotentem
pro termino Suprascripto sese sistendi more consuetudines prouent. Nos
cum consiliariis et Jurisperitis nostris audita ministerialis praefati rela
tione de acclamatione Suprascriptorum delatorum ad nos et Judicium Nrum
facta in contumaciam illorum ad legitimam petitionem eamq' juridicam Actoris
instantiam et affectationem sepe fatos actores in euasione Citationis et causa
istius condemnari permisimus. Et inum Quasionis inhaerendo Priuilegio
Serenissimorum praedecessorum nostrorum Regum Poloniae insuper nominatis
Et in primis Wladislai IV. de data Varsauiae die vigesima quarta Mensis De
cembris quo idem Serenissimus Rex Hon Jacobo Baptistae Seruitori et ut
trario Suo Consortiq' liberis ac posteris illud fundum in longum octo
in latum vero tres Cubitos continentem a porta Occidentali sex Cubi
tis distantem ad arcem hic Varsauiae consistend. pro extruendo stabula dedit et dona
uit perpetuo et irrevocabiliter praefatusq Hon Baptista vigore Priuilegii in eo de fundo insti
tam ad diuidendo domum extruxit. Et insuper a Serenissimo Joanne
Casimiro Sub data Cracouiae in Comitiis felicis Coronationis die vigesima
Mensis Januarii Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono
Confirmationem seu praefati Priuilegii Wladislaucani perpetuae
praedicti fundi donationis obtinuit atq in eiusdem fundi et mo
ta per se in illo extructa tam ad bellum Suecicum quam post debe
ellatam de manibus Suecorum Varsauiam in pacifica possessione
permansit. Mortuo vero Supradicto Jacobi Baptistae etiam de fundus
una cum insita in illo extructa in filium illius Joannem Baptistam
Bronieski vicem Pistrarium Serenissimi Michaelis Regis Juveno
ratus.

turalis ac hereditarie successionis devolutus fuerit Serenissimus Michael
Eidem dicto Joanni Baptistæ Bronieckı Seruitori & utriusq; suo atq; pro
Consorte liberisq; ac Successoribus illius prærecensita Serenissimi Vladislai
Quarti et Joannis Casimiri Privilegia Sessuo diplomate sub data Varsaviæ
die vigesima octava Mensis Junii etatis millesimo sexcentesimo septua-
gesimo confirmauit. Tum demum nos habita ratione quod præfatus dum
Joannes Baptista Bronieski primigeniæ suæ christinæ Bochenkowiczowa nota-
bili debito obæratus existens eidem et marito illius Spectabili Alberto Bochen
kowicz medietatem Suam Virilem præfati fundi et Instituæ tanquam bonorū
suorum hæreditariorum insolutum tradiderit. Altera vero pars eiusdem fun-
di et instituæ post olim Bronieckæ ad Honor: Bochenkowiczowa matrem Jure
Successionis devoluta fuerit eodem Sples Albertum Bochenkowicz Consu-
lem Antiquæ Varsaviæ et Christinam Conuges uti olim Joannis Baptistæ
Bronieckı affines et consortes illius matris vero Spectabilis Bochenkowicz
æa Successores circa dictum fundum et instituam cum eorum liberis et po
steris speciali nostro Privilegio Sub data Leopoli die octava Mensis Janua
rii etatis Millesimo sexcentesimo Octuagesimo Secundo Conservauimus.
Ideo præmominatæ Serenissimi Vladislai Quarti Donationi Jure perpetuo
olim Joanni Bronieckı Patri Super eundem fundum collatæ Regiæque No-
stro Privilegio insistentes Jura Prædicti olim Titi Livii Boratini Super
eundem fundum extendi nec illius alterum hæreditati subiacere de-
bere determinamus. Spectabiles vero Bochenkowiczow Conuges circa dona-
tionem Serenissimi Vladislai Quarti Supramominati fundi et instituæ in eo
ædificatam cum illius liberis ac posteris conservandos atq; ab incompetenti
actione Gnosæ Boratinia et liberorum illius liberos facimus. Et neidem
Gnosi actori eius perse et Subordinatas personas Sples Bochenkowiczæ
Conuges illorumq; Successores in pacifica possessione dicti fundi et instituæ
quotus tempore interturbari præsumant Subpœna banniturus inhibe-
mus quam casu contrauenturos tam exnunc super actoribus decerni-
mus Ministerialem Regni Generalem ad publicandum addimus et
terminum publicandæ toties quoties contrauentes attentabunt Coram
Judicijs nostris partibus triduabus Septimanis a die Contrauentionis com-
putando. Sine ulla additatione conservandos peremptorium. Decreto
præsenti ad præmissa mediante. In cuius rei fidem præsentibus
Sigillum Regni est appressum. Actum Jaworoviæ in Russia Sabbatho
intra octauas Festi Sanctissimi Corporis Christi Domini die scilicet
Septima Mensis Junii Anno Domini Millesimo sexcentesimo Nona-
gesimo Secundo. Regni nostri Decimo octauo etatis. Relato Illustris-
simi et Reuerendissimi Domini Dñi Georgii Albrachti Denhoff Dei
et Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Przemyslien: Abbatis Wetzurensis
perpetui et administratoris Supremi Regni Cancellarii Locus Sigilli

maioris Cancellariae Regni. Georgius Albrachtus Denhoff Episco-
pus Kramyshensis Supremus Regni Cancellarius. Stephanus Han
kiewicz Decretorum Curiae Regni Notarius. Laurent Zardzic
Incontinuaciam Inter Spectabilem Albertum Dochenkowicz
et Successores Generosi Titi Liwi Borahni Decretum. Quod
quidem Suprascriptum Decretum pro Nobilibus Alberto Do
chenkowicz Consule Ciuitatis et Intigue Varsauiae et Christina
Gromadzka Conjugibus Cuius Originale idem offerens denuo
ad sese recepit et de recepto Cancellariam nostram quietauit
Nos ad acta praesentia Suscipi iisdem inseri et ingrossari et
ex eisdem actis de uerbo ad uerbum descriptum sarh affectauit
authentice extradi permisimus. In quorum &c actum ut supra &c.

Sub eodem actu.

Relatio collatae Intromissio
nis in bona Falenty

Ad relationem Illustrissimi et Excellentissimi Pro Cancellarii
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogithiae Kiouiae Volhy
niae Podoliae Podlachiae Liuoniae Smolensciae &c.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest uni-
uersis et singulis Quod ueniens personaliter ad nos et acta
Metrices Regni Cancellariae nostrae minoris Nhs Casimirus Sokol
wski obtulit ad acticandum relationem Intromissionis infrascri
de tenore tali. Scoundus Alexander Zakrecki Ministerialis Regni Gnes
hanc ipse Suam fidelem veram secut relationem. Qui ipse pro officio suo regu
situs existens, habito Secum Nobilibus et Andrea Mosakowski et Casimiro Sokol
owski maioris testimonii gratia sibi adiunctis Feria Tertia incrastino Fe
sti Sancti Bartholomaei Apostoli dae scilicet vigesima quinta Mensis Au
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Nono ad bona Villa
Falenty et eorum attinentias in Terra Varsauiensi consistentia Con
descendit ubidem Perillustrem Alexandrum Wytwicki Cantor
posnaniensem Scholasticum Luceoriensem et Varsauiensem
Vigore Inscriptionis coram actis metrices Regni Cancellariae Mi
noris Feria Quarta incrastino Festi Sancti Joannis Baptistae che uidel
cet vigesima quinta mensis Junii Anno Domini Millesimo Sexce
tesimo Nonagesimo octauo per Magnificam Elisabetham Kryspinow
Kierszeystеynowna primi voti olim Generosi Alberti Opacki Su
camerarii Terrae Varsauiensis Secundi autem voti olim Magnifici Jos
Palatini Margeburgensis Ensorths relictae Viduae in personam dicti Ale
xandri Wytwicki facta in eadem bona Falenty fundos agros Curiam
attinentias prout se eadem bona in situ meas et limitibus extendut ab
tis de Jure circa

circa talia requisitis solemnitatibus praemissaq; omnium si qui sint, Jus et interesse aliquod ad eadem bona haben' et praetendens ter et ultra Solit Juris gratiam vicibus voce sonora preconica acclamatione intromisit et investiunt realemq; et actualem eorundem bonorum possessionem ac usum fructum ex officio suo tradidit et contulit, de quo praesentem suam relationem fact Quam manu sua Subscripsit Alexander Zakrechi wozny Andrzey Mosakowski Casimirus Sokolowski. Quam quidem Supra scriptam Relationem nos ad acta Suscipi, iisdem inseri et ex iisdem actis de verbo ad verbum descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c Actum Varsv ut supra. Relato Illrmo &

Secretariatus
Nis Stephani
Marchrowicz

Sub eodem Actu

Ad Relationem Illrmi et Excellentissimi Domini Dni Caroli de Czekarzewice Pacło Prosancellarii Regni

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kioviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensciae Severiae Czernechoviaeq; necnon Dux Saxoniae &c Elector. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis & singulis, Majestatum Regiarum felicitati nullum tam solidum esse fundamentum magistra rerum edocti experientia arbitramur. Quam dum Principes ad officia aulae Suae intimioraq; obsequia eos potissimum admovent adhibentq; viros quos non tantum Singularis ac multarum usu probata dexteritas insignis verum ac literarum peritia verum etiam constans nec ullis adversa fortuna procellis concussa fides Spectataque in gravissimis negotiis totiq; Reipublicae probata virtus commendatos faciant. Quapropter cum et nos Nobilis Stephani Marchrowicz eximias virtutes rerumq; plurimarum experientiam Jurisque prudentiam praeclaras animi ipsius dotes atque promptum erga Nos, et obsequia nostra Studium ac propensionem commendatam habentes dignum esse judicavimus quem gratiae nostrae Regiae uberioribus augmentis prosequamur et ad obeunda graviora negotia & officia nostra admitteremus eumq; in numerum realium & actualium Secretariorum nostrorum reciperemus et constitueremus prout quidem recipimus et constituimus praesentibus literis nostris. Damtes et concedentes

dentes ipsi plenariam & omnimodam facultatem omnibus Juribus Priuilegiis immu:
nitatibus et libertatibus cæteris veris et realibus Secretariis Nostris de legum pra
scripto et recepto non Seruiend libere gaudend, ideoq; minus & officia Secretarios
nostros concernentes ad extrema vitæ Suæ tempora obeundi exequendi et peragen
di. Insuper eximimus illum a quorumuis Judicuorum et officiorum Subsedio Sol
tantum nostro et Marschalcorum nostrorum Judicio eum incorporamus. Ita ut coram
nulla alia Jurisdictione in quibuscunq; Causis et actionibus tam Super Jure quam
facto quibuscunq; emergend stare comparere respondere Judicaturq; seu ali:
quam executionem parti teneatur? Quod omnibus quorum interest. præsertim
vero Magnificis Marschalcis Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ tum & Mag:ni
ficis thesaurariis Regni et aulæ nostræ Magniq; Ducatus Lithuaniæ ac cæteris q;
cæteris officialibus notum esse volentes Mandamus ut prænominatum Wlem
Ad Maichrowicz pro vero et actuali Secretario Nostro habeant & agnoscant
eumque omnibus Juribus prærogativis libertatibus immunitatibus & exem
ptionibus cæteros nostros veros Secretarios actuales concernend ipsi hoc
præsenti Priuilegio nostro coniessis gaudere et frui permittant. Prout grata
nostra et officiorum Suorum debito. Datum Varsoviæ Sub tempus felicis
Coronationis nræ die decimanona Mensis Octobris. Anno Domini MDC
XCVII. Regni vero nostri Imo Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris
Cancellaria Regni Secretariatus Wl Stephano Maichrowicz Jansertus Nico
laus Tomisławski Vacoriens Varsc Canonicus Sig: Reg: Custos. Quod quidem
Suprascriptum Priuilegium ad acta nostra porrectum Cuius originale
idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram quie
tauit & Nos ad acta præsentia Suscipi iisdem inseri ingrossari et exiisd
de verbo ad verbum depromptum authentice parti affectanti extradi per
misimus In quorum fidem &c Actum ut Supra

Relatio eiusdem Illmi Procancellarij

Oblata
Diplomatis pro obeundo
munere in absentia
Regiæ mtis. Illmo &
Radzieowski Cardinali

Sub eodem actu

Ad Relationem.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kiouiæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Liuoniæ
Smolenscie Seueriæ Czernichouiæq; nec non Dux Saxoniæ Princeps Elector

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et sin
gulis Obtas esse ad acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris Lite
ras infrascriptas quarum tenor Sequitur eiusmodi. Augustus Secun
dus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ
Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest uniuersis et
singulis. Quia nos occasione et necessitate curandæ valetudinis extra
Regnum proficiscentes de singulari quo hanc in Patriam feruur
amore. ne Sub absentiam Nostram orba. velut ac derelicta videantur

perspicere

perspicere ac providere cupientes. Illustrissimum ac Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Michaelem Cardinalem Radzieiowski Archiepiscopum Gnesnen Primatem Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ ex Senatus Consilio cum assistentia Illustrium et Magnificorum ministrorum Status et belli Ducum Supplentes absentiæ nostræ vicibus relinquendum et destinandum esse censuimus Ut quidem præsentibus relinquimus ac destinamus, prudentiam fidem ac pietatem illius obligantes quatenus cum prænominata assistentia cunctarum rerum Subjectarum nostrarum interuenientium cum prospectu tamen nostro quantum fieri poterit moderamen rite legitimè teneat expediat atq; exequatur Sedulò ac diligenter attendat ne quidpiam detrimenti Respublica patiatur. Quod intima Curæ ac sollicitudini ipsius committentes optimos a Domino Deo eidem precamur successus In maius verò præmissorum robur ac fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ communiri iussimus. Datum Varsaviæ die vigesima quinta Mensis Augusti Anno Domini M D C. X C I X. Regni vero nostri Anno tertio. Augustus Rex Locus Sigilli Maioris Cancellaria Regni Wenceslaus Franciscus Trzebicki Sincerna Rauensis Serdæ Regiæ Actis Secretanus Locus Sigilli Magni Ducatus Lithuaniæ maioris. Diploma pro obeundo munere Sub absentiam Regiam. Cancellariatu Celsissimi Caroli Stanislai Radziwiel Ducis in Olyka Nieswiesz Sluck Kopyl et Klecк Sacri Romani Imperii Principis Supremi Cancellarii Magni Ducatus Lithuaniæ Przemyslien Sluchowien Camenecen & Capnei Est in actis. Quas quidem Suprascriptas literas ad acta nostra porrectas Nos ad acta præsentia Suscipi et inseri permisimus In quorum fidem &c Actum ut Supra &

Solario eiusdem ut Supra &

Oblata Literarum Sndi Episcopi Cracouiensis ad Regiam Maiestatem.

Sub eodem actu.

Ad relationem eiusd Illmi Procancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ &.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Singulis. Oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellaria nostra minoris Literas infrascriptas quarum tenor de verbo ad verbum talis. Serenissime et Potentissime Rex Domine Domine clementissime. Ingentibus Regni boniq; publici curis maxime intendentem maiestatem vestram nequaquam priuatis lucris interpellare auderem nisi cultus Diuini propagandi ratio et Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis post Cathedralem in mea Diœcesi prima iniuria quæ inter mala publica censeri debet, non compelleret Seriu legio Speciale olim Joannis Casimiri Regis Poloniæ prædecessoris maiestatis Vestræ continens inse dismembrationem trecentorum florenorum ex prouentibus uniciis Villula a Custodia dignitate Capituli Sandomieriensis annexæ et trium partium ex prouentibus Canonicatus fundi Turbia quarta parte Canonico relicta inter Prælatos et Seniores Canonicos Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sandomieriensis residentes facend Sub anno 1639. Singulari benignitate regia Capitulo Sandomieriensi concessum et per Decretum Definitiuum Reuerendissimi olim Andreæ Trzebicki antecessoris mei consentientibus Custode et Canonicis protunc existentibus iudicialiter approbatum iam in Dataria Romana beneplacito Super hoc apostolico proximum erat effectui

Suffra:

Significamus præsentibus literis nostris vniuersis et singulis quorum interest Quod Coram Nobis et actis præsentibus Metricis Regni Cancellariæ nostræ comparens personaliter Famatus Gregorius Slabinski Sanus mente et corpore existens a foro suo quouis proprio et iurisdictione competenti sua renuendo huic autem nostræ Regiæ iurisdictioni quo ad actum infra scriptum attinet se cum persona et bonis suis subiiciendo et incorporando palam ultro libere et per expressum recognouit. Quia ipse omni melliori modo et forma quibus de iure melius ac validius et efficatius potuit ac debuit potest q ac debet. Venerabilem Albertum Opalski Canonicum Opatowiensem Parochum Strumecensem in suum verum legitimum et indubitatum plenipotentem elegit constituit et ordinauit præsentibus eligit constituit et ordinant Dans et conferens eidem plenipotenti suo plenariam facultatem et potestatem causam et actionem Nisi Dehet Boski Pincerna terræ Pernensis Principali Nli Salewski administratori Bonorum Boze Laboriosis Martino Szczesny Matthæo Flak Valentino Korczak Stanislao Krolik dicti Pincerna Pernen Subditis rationi sui recognoscentis in uia publica obsessionis Strata publica intercephonis rerum ui et uiolenter receptionis inpriuato Carcere detentionis per cuma receptionis. ad quodcunq Judicium Regni maioris uel minoris Subsellii competens instituendi promouendi defendendi tutandi Processus formandi prosequendi determinandi. Probationes inferendi Decreta pro parte sui lata seu ferenda acceptandi Executionem illorum urgendi a Contrariis et grauamnosis sententiis ad altius Subsellium appellandi appellationes prosequendi. Iuramenta deferendi referendi audiendi Alium seu alios in locum sui plenipotentes Substituendi Substitutionis munus ad se reuocandi. Aliaq omnia munia et officia legitimos plenipotentes Concernentia peragendi Promittens id totum quid quid per dictum plenipotentem Suum vel eius Substitutum et Substitutos nomine Suo gestum actum ue fuerit prorato et grato Susceptum. Hac Sua personali recognitione ad præmissa mediante Alias in forma plenipotentiæ de Jure plenissima et perfectissima. Quam Idem Recognoscens manu Sua propria subscribendo regnum et ferenti subscripsit.

Gregorius Slabienski

Quam quidem plenipotentiæ Inscriptionem Rectam et gratam habentes Laudemque ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi et ex iisdem de uerbo ad uerbum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus Ingros: etc.

Quietat Piatkowski et Łoma:
dzianka de Succession
P. Kwiatkowski

28.

Actum Varsauie Feria Sexta post Festum Decollationis Sancti Joannis Baptistae proxima die scilicet vigesima quinta Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo

ac Relatis eiusdem Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Quomodo coram Nobis et actis metricibus Regni Cancellariae nostrae majoris personaliter comparentes Famati Joannes Piatkowski muratius et Dorothea Łomazdzianka olim Nobilis Anna Kwiatkowski Nobilis Jacobi Kwiatkowski Ministeriatus Regni generalis Consortis legitima Soror uno latere Coniuncta Coniuges incolae Varsavienses Sani mentibus et corporibus existentes a foro et iurisdictione Sua quavis propria recedendo huic autem nostrae Jurisdictioni quo ad actum infrascriptum se cum personis ac bonis Suis Subiiciendo. maritus quidem Solus per se Consors vero ipsius in assistentia eiusdem mariti Sui palam Sponte libere benevole recognouerunt praesentibusque recognoscunt. Quia ipsi Nobilem Jacobum Kwiatkowski ob R.G. de extradictione omnium bonorum mobilium et immobilium in auro argento clenodiis Stanno Cupro Ovibus eo vestibus pecuniis existens morte olim Nobis Annae Łomazdziankae dicti Nobilis Kwiatkowski Consortis uita functae relictorum et inse recognoscentes et praecipue Dorotheam Łomazdzianka tanquam Sororem Suam uno latere Coniunctam devolutorum et ab se iure diuino et naturalis Successionis titulo spectantium tum et de processu iudiciario coram Judicio citatorio et Scabinali Nouae Ciuitatis Varsauiae intuitu extradictionis eorundem bonorum iuxta praescriptum Juris Culmensis in eadem Ciuitate practicati Sepefato Kwiatkowski instituto, quietarunt liberum absolutumq; fecerunt ac pronunciauerunt prout praesentibus quietant liberum absolutumq; faciunt ac pronunciant. Nihil sibi Juris praetextus praetensionis coloris intuitu eorundem bonorum reseruando aut excipiendo. Verum sibi et Suis quibusq; Successoribus perpetuum Silentium imponendo et indicendo. Processus et Decreta omnia Supradicti Judicii Ciuitatis Nouae Varsauiae ratione extradictionis bonorum eorum cum eodem Kwiatkowski formato et lata cassant abrogant et annihilant sibiq; in praemissis perpetuum silentium imponunt et indicunt. Quinimo omne Jus quod sibi ad bona Supraexcensita competebat competebatque in personam Sepetacti Nobilis Kwiatkowski transferunt deriuant et transfundunt. informa Juris amplissima. Hac sua personali re

recognitione ad premissa omnia mediante. In forma alias quietationis Juris transfixionis de iure plenissima et perfectissima. Quam eiusmodi Inscriptionem quietationis et Juris transfixionis manibus Suis Subscripserunt + Joan Piatkowski +

Quam quidem Quietationis inscriptionem Supra scriptam Nostratam et gratam habentes haberiq^ ab omnibus uolentes ad acta presentia Suscipi iisdem inseri et ex eisdem de uerbo ad uerbum descripta parti asse rentj authentice extradi permisimus In quorum &c actum ut supra

Oblata Priuilegii per Lanionos extra contubernales oriundos

Actum Varsauiae Sabbatho post Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxi ma die scilicet vigesima Sexta Mensis Junii Anno Dni Millesimo Sexcentesimo

Ad relationem eiusdem Supremi Cancellarii R.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quod ad nos et acta Metricae Regni Cancellaria nra maioris veniens personaliter Honesti Joannes Jaczynski Stephanus Zolkiewski et Stephanus Markiewicz Lanionos nostri Curienses obtulerunt et ad exhibendum porrexerunt Priuilegium Nostrum manu nostra Subscriptum et Sigillo Regni maioris Cancellariae Nostrae pensili communitum Sanum Saluum et illaesum omni q nota Suspitionis carens cuius tenor talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae &c Significamus praesentibus literis &c. Quod Priuilegia Suprema Regum potestas Suis Subiectis gratiose concessit eadem plene ac inuiolabiliter obseruare et consentaneum ac honestum est eo magis manutenire debemus Sanctioris foederis voto obligamur. Cum igitur dicti Praedecessores nostri Lanionibus extra contubernalibus seu verius Curiensibus per retroacta Secula varias immunitates Libertates Jura Priuilegia indulsissent huiusmodi gratiam ac favores benes ficos Nobis in persona sua Honesti Joannes Jaczynski Stephanus Zolkiewski Stephanus Markiewicz Lanionos nostri Curienses Suo et aliorum in numero duodecim nomine ad approbandum et confirmandum Obtulissent. Inter quos Decretum Serenissimi Vladislai quarti assessorum Nostrorum Sabbatho infra Octauam Festi Visitationis Beatissimae Mariae Virginis Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo, Regnorum Poloniae decimo quinto, Sueciae decimo Sexto anno ex Serius partium Controversiis inter Lanionos Contubernales Varsauienses et nostros Curienses seu extra Contuberna-

les respectu venditionis, et emptionis carnium latum praventauerunt. Quo quidem in decreto extat in numero debere duodecim laniones Curienses et quandocunq; aliquis locus ex dictis duodecim lanionibus per mortem seu alium quemlibet casum vacauerit. Nobis duntaxat nec cuiuis alteri competere eum seu alios specialiter priuilegio nostro præficere et assignare reseruatum. Cautumq; ut sub præsentia nostra Varsauiæ carnes quandocunq; venum exponere, et in platea longa diuendere pecora cuiuscuis generis cõemere ac alia quæ ad artificium illorum pertinet libere exercere possent. Seu vero sub absentia nostra iidem lanienes Curienses ab artificio et exercitio suo omnino abstinere debent nisi aliquis Princeps ex sanguine Regio Varsauiæ resideret, quo casu liberum erit sex lanionibus Curiensibus artificium exercere ac si sub præsentia nostra quotiescunq; nos Varsauia discederemus ex prædictis Lanionibus Curiensibus sex curiam et aulam nostram segui et carnes sub peditare tenebuntur eruntq; adstricti. Post quorum quidem Iurium libertatum priuilegiorum ac prærallegati decreti præsentationem supplicari nobis fecerunt Dignitarii et officiales nostri nomine et pro parte supramemoratorũ Lanionum Curiensium quatenus eadem prærallegata iura libertates et immunitates coram Nobis producto approbaremus confirmaremus ratificaremus sanaremus innouaremus ac dictam reservationem, casu quo non esset plenus numerus lanionum Curiensium resolueremus. Nos in præmissis nemini tanto fortius suprascriptis lanionibus. hactenus oppressis et depauperatis deesse uolentes et ad intercessionem quorundam constantiorũ nostrorũ lateri nostro assidentium eadem Iura Priuilegia libertates et immunitates a Serenissimis prædecessoribus nostris iisdem gratiose collatas, quibus ut servatores aulæ nostræ Actuales gaudebant et utebantur, aliaq; omnia hic non specificata quæ tamen pro insertis et specificatis non secus ac si de verbo ad verbum hic inscripta essent habere volumus. nullis penitus exceptis in omnibus et singulis eorum punctis clausulis, articulis, legamentis conditionibus approbamus, confirmamus ratificamus sanamus et innouamus esse duximus, ut quidem ex plenitudine potestatis nostræ regiæ de certa scientia nostra et voluntate approbamus confirmamus ratificamus, sanamus et innouamus, defectus omnes si qui sint supplemus præsenti Diplomate nostro, et resoluimus punctum decreti reservationis si aliquis ex dictis duodecim lanionibus Curiens morte vel casu quo deperiret extunc in locum deperditi suprascripti lanienes Curienses unum bona fidei et honestum ad numerum suum duodenarium adsciscere et cooptare per pernio temporibus habebunt facultatem, eundemq; Magnifico Supremo Regni Marschalco vel ipsius officio præsentare tenebuntur. Cui hac in parte eundem præsentatum dictis Curiensibus adscribendi potestatem perpetuo et in æuum impartimur. Qui quidem Curienses lanienes nostri in numero plenis duodecim semper manere eaiterne debebunt et nulli

Judicio vel Subselio praeterquam nro et memorati magnifici Marschalci Regni Subiacebunt quos praesentibus a quorumuis iudicior Subselior magistratibus Curiabus et officiis castrensibus perpetuo et in aeuum eximimus et liberos fore ac esse debere declaramus. Nullumq Judicatum uel executionem debere puti decernimus dicimus et statuimus. Insuper maturia intra nos cum Consiliarijs Nostris lateri nostro assidentibus praehabita deliberatione statuimus ut quandocunq contingeret Nos Varsauia non residere uel alicubi extra Regnum migrari extunc Sex expraelectis lanionibus Curiensibus uti Seruitores aulae nostrae Nostram aulam regiam Segui et carnes Suppeditari tenebuntur eiusdq ad stricti. Caeteri vero Sex Sub absentia nostra hic Varsauia commorari ad aduentum nostrum debebunt et expectabit praesentiam nostram. Neue ijs orbati uictu et amictu maneat tribuimus ipsis facultatem venum exponendi carnes, coemendi et diuendendi idq diebus non nisi Dominicis feriis tertijs et feriis quintis ac diebus festiuis. Sub praesentia vero nra Diebus singulis omnes nostri Curienses Lanions uti Seruitores actuales in numero duodecim existentes et non plures sub numerositatem plebis caristiaq nimiae et alijs rationibus animum nostrum permouentibus venum exponere bouis arietes et caetera omnis generis coemere ex coemptis carnes diuendere valebunt libere et licite absq quorumuis Magistratuum et Contubernior praepedimone idq sub poena Mille aureorum hungaricalium in casu contrauentionis extendenda et irremissibiliter Curiensibus nostris et Magnifico Marschalco uel eius officio persoluenda. Caeterisq grauioribus et arbitrarijs panis. Et ita dicimus decernimus declaramus sententiamus ac statuimus perpetuo et in aeuum non obstantibus priuilegijs Contubernior Lanionum concessis emanatis, uel in futurum emanandis caeterisq alijs rescriptis et responsis nostris aliquomodo subrepticie obtinendis quae praesentibus annullamus tollimus et nihil nocere debere praesenti expressa voluntati nrae declaramus Decernentes ed omnia Jura et Priuilegia omnia quae in ipsis Contenta a Nobis et Sereniss Successoribus nostris Regibus Polonie rata firma valida inuiolabilia temporibus per

perpetuis manere roburq; et pondus suum debitum quantum Juris publica rationes sinunt usus ferendum habeatur semper retinere debere. In Cuius rei fidem praesentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri mandauimus. Dabantur in Regia Nostra Varsauia Die Trigesima Mensis Maii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni Nostri Tertio Anno. Augustus Rex Locus Sigilli Maioris Cancellariae Regni pensilis. Confirmato gradis tantionibus Extraconstitutionibus aliasq; Zaremb dizom Seria Regia etc. una cum declaratione Decreti Serenissimi Vladislai Quarti approbati et resoluti seruien. Venceslaus Franciscus Trzinski Piscina Sanensis Secretarius Regius mpp Secretarius. Quod quidem Priuilegium nostrum Suprascriptum Scuuis originale idem offerentes denuo adse receperunt et de recepto Cancellaria nostram quietarunt) Nos ad acta praesentia Suscipi ipsum inseri atq; authentice parti affectanti extradi ex ipsum actus Nostris de uerbo ad uerbum depromptum et descriptum permandauimus. In quorum fidem Actum ut Supra Relatio:

Oblata confirma: Priuilegii Super Magistratum Ciuitatem Wschowensem.

Actum Varsauia Feria quinta prid. Festi Visitationis Beatae Mariae Virginis die videlicet prima Mensis Julii Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Ad relationem eiusd. S. C. R.

Augustus Secundus &

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest Universis et Singulis Quod ad nos et acta metrices Regni Cancellariae nostrae maioris veniens personaliter Nobilis Casimirus Pichocki obtulit et ad authicandum ac porrexit Priuilegium Nostrum manu nostra Subscriptum et Sigillo Regni Communitum Ciuitati Nostrae Wschowensi Seruiens Sanum Salutem et illaesum omnique Suspicionis nota carens cuius tenor talis Augustus Secundus. Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae &. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Singulis. Exhibitas nobis esse nomine et pro parte Ciuium nostrorum Wschowen. Literas Papiraceas manu Serenissimi olim Joannis Casimiri Regis Poloniae Praedecessoris Nostri Subscriptas Sigillo maioris Cancellariae Regni communitas confirmationem Priuilegii Super electionem Magistratus Ciuitatis nostrae Wschowen. inse continentes Sanas Salvas et illaesas omniq; Suspicionis nota carentes quarum tenor de uerbo ad uerbum Sequitur eiusmodi. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Liuoniae Smolenscensiaeq; necnon Suecorum Gothorum Vandalorumq; Hereditarius Rex Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Singulis. Exproductum coram Nobis esse Priuilegium Electionis Candidatorum in Magistratum Wschowensem Ciuitatis nostrae inserius de uerbo ad uerbum insertum ex actis

Ciuitatis

Ciuibus wschouenschus Sub sigillo ciuili descriptum et per Serenissimum
Diue memorie Sigismundum tertium Parentem nostrum desideratissimus
confirmatum Supplicatumq nobis esse nomine magistratus et totius Comu-
nitatis wschouen ut ipsis eidem Priuilegium thrascriptum authoritate
nostra Regia approbare et confirmare dignaremur: cuius quidem Pri
uilegii tenor et contextus de verbo ad uerbum Sequitur et est talis Sig
ismundus Tertius Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie
Prussie masouie Samogitie Liuonie &. nec non Regni Sueue Proximus ha
res et futurus Rex. Significamus presentibus literis nostris quorum inte
rest Vniuersis et Singulis. Exhibitis nobis fuisse nomine Ciuium nostro
rum Wschouensium literas pargameneas priuilegii ipsorum de presen:
tandis ab eisdem conciuibus suis Capitaneo Wschouensi ad Consulatum
gerendum idoneis tutulo Serenissimi Regis Vladislai antecessoris nostri
inscriptas Sigillog Regni minori Commonitas Sanas integras omnig
Suspicione carentes, Supplicatumq nobis fuit eorundem Ciuium nostro
rum Wschouens nomine ut eas literas authoritate Nostra approbare
Confirmare et ratificare dignaremur. Quarum exemplum tale est.
Vladislaus Dei gratia Rex Polonie Lithuanieq Princeps Supremus
et hæres Russie &. Significamus tenore presentium quibus expedit
vniuersis Quomodo uolentes in Ciuitate nostra Wschouensi conditione
facere meliorem omnibus Ciuibus eandem Ciuitatem Wschouensem in
habitantibus hanc tenore presentium concedimus facultatem Vt
quocunq ipsos Ciues Proconsulem et Consules eiusdem Ciuitatis
eligere contigerit extunc duodecim uiros idoneos et bone fame
quos Seruent ad regimen Ciuitatis predicte aptiores et regie Cul
mini fideles et deuotos Capitaneo nostro qui pro tempore fuerit vo
ipsius Burgrabio aut uicegerenti debent et tenebuntur pre
sentare ex quibus Capitaneus noster unum Proconsulem reliquos
vero ex ipsis in Consules omni contradictione cessante debet ad
mittere eligere et in eosdem conseruare, ac pro Consulatus dicte Ciu
tatis annis Singulis ad decursum decem annorum Continue se
Sequentium inclusiue deputare, et omnimode assignare. Quo
circa tibi Capitaneo nostro pro tempore existenti nostris firmis
damus regalibus in mandatis quatenus Electionem huiusmodi
Subscriptam nullatenus gratia nostra Sub obtentu presumas empe
dire Sed ipsam sic ut prefertur admittas annis predictis fa:
ciendam. Si quis autem contra huiusmodi gratiam nostram ipsis ex
nunc concessam, ausu temerario aliquid attentauerit Seu attentare
presumpserit noverit se indignationem nostram incursurum harum
quibus Sigillum Nostrum appensum est testimonio literarum Datum in Cra
stan Feria Secunda proxima ante Festum Sancte Margarethe Anno
Domini

Dammi Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Q. Relatio Venerabilis Stanislai Ciolek Custodis gnesnensis Regni Polonie Vicecancellarii. Nos itaq; dicte Supplicationi uti iusta annuentes prawnsertas literas in omnibus earum punctis clausulis condationibus et articulis quantum de Jure est approbandum et confirmandum esse duximus prout approbamus et confirmamus presentibus literis nostris hac correctione adhibita quod ii qui per plebem Ciuitatis ad gerendos Magistratus Capitaneo Wschowensi presentati et alteo ni Proconsules vel consules Reali fuerint non ad decem sed ad unius duntaxat tantum anni spatium eosdem magistratus gerere debeant. In cuius rei fidem presentes manu nostra subscriptas Sigillog regni communiri mandauimus Datum Varsauie in Generalibus Regni Comitiis die decima Octaua Mensis Aprilis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo nono Regni vero nostri Secundo Sigismundus Rex Locus Sigilli Regni Georgius Branicki. Hec quemadmodum in suo originali continentur itade verbo ad uerbum sunt descripta et in manus fidei vobur Ciuitatis Wschowen Sigillo communita Wschowe die ultima Januarii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo Locus Sigilli Ciuitatis Wschowensis. Nos igitur Joannes Casimirus Rex prefata Supplicationi benigne annuentes prawnsertam Priuilegium Electionis magistratus in omnibus illius punctis clausulis nexibus ingarentis condetionibus et prout de uerbo ad uerbum inse continetur iuxta iuris et usus Communis prescriptum approbandum et con-firmandum esse duximus, uti quidem cum ea speciali meliorathone et declaratione nostra ut in posterum Communitas Wschowen octo duntaxat et non duodecim ex libera Ciuium electione et Suffragiis suis Duos Candidatos ad gerendum magistratum Prefato Capitaneo Wschowensi pro tempore existenti seu illius uices gerenti Successoribusq; suis annuatim statuto tempore presentare teneantur ex quibus modo dictis octo candidatis unum Proconsulem reliquos vero Septem Consules Prefatus Capitaneus seu suus Vices gerens ordinare Collocare et constituere debebit cuius adstrictus. approbamus et confirmamus hisce literis nostris Volentes ut hec confirmatio nostra rim et robur perpetuo firmitatis obtineat et a Prefatis Capitaneis Wschowensibus Suisq; officialibus seu uices gerentibus inuiolabiliter conseruetur perpetuo. pro quarta Nostra Inuictus rei fidem presentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni Communiri iussimus Datum in Oppido Kielce Episcopali die decima Octaui Mensis Februarii Anno Domini MDCLXI Regnorum nostrorum Polonie et Suecie decimo Tertio Anno. Confirmatio Priuilegii Super Electionem Magistratus Ciuitatis Ciuitati Nostre Wschowen Seruien. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli maioris Cancellarie Regni Stephanus Hankiewicz Secretarius Regie Maiestatis. Supplicatumq est nobis quatenus easdem Literas nos quoq; authoritate nostra Regia confirmare approbare et ratificare dignaremur. Nos itaque Augustus Rex prefatis Supplicationi benigne annuentes prawnsertas literas

in omnibus

in omnibus earum punctis clausulis articulis confirmandas approbandas et roborandas esse duximus uti quidem cum ea speciali melioratione et declaratione nostra ut in posterum communitas Wschouensis octo dum taxat et non duodenum ex libera Ruium electione et suffragiis suis suos candidatos ad gerendum magistratum Prosso Capitaneo. Wschouensi seu illius uicegerenti iudici Surrogato vel Burgrabio Successoribus suis annuatim usitato tempore presentare teneantur ex quibus modo dictis octo candidatis unum Proconsulem vehgnos vero septem in sonles Prosus Capneus seu illius vices gerens Judex Surrogatus vel Burgra bius uidelicet pro ipso Festo Sancti Michaelis ordinare collocare et constituere debebit approbamus confirmamus et roboramus Decernentes eandem uim et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni fecimus muniri iussimus. Datum Dresnæ die decima quinta Mensis Decembris Anno Domini MDC XCIX Regni uero nostri tertio Anno Confirmatio Privilegii super Electionem magistratus Ruius Civitatis nostræ Wschouensi seruientis. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni Venceslaus Franciscus Szembek Princeps Rauensis Scr. Regiæ Mtis Secretarius. Quod quidem Privilegium nostrum suprascriptum originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto sanciuus cellariam nostram quietauit) Nos ad acta praesentia susapi iussimus inseri atq; ingrossari et ex iisdem actis nostris de verbo ad verbum depromptum et descriptum parti affectanti authentice extradi permisimus. In cuius rei fidem &c actum ut supra

Quietat V: Parochus Sezierscen
RR Patres Ordinis Prædicatorum
Conventus Varsauiensis.

Actum Varsauiæ Feria Secunda post Festum Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum proxima die quinta Mensis July Anno Domini Millesimo Septingentesimo

Ad relationem eiusdem Illmi Supremi Cancel R.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod coram Nobis et actis metricis Regni Cancellaria nostra majoris personaliter comparens. Venerabilis Joannes Casimirus Aksamonski Kionensis Canonicus Parochus Sezierscensis. Sanus mente et corpore existens a foro Jurisdictioneq; sua propria quamvis competenti recedendo huic uero nostræ Regiæ Cum bono suo Deo Subiiciendo et incorporando. palam sponte libere benevole ac per expressum recognouit praesentibusq; recognoscit. Quia ipse summum Tribunalium Jurium quo ad actum praesentem et infrascripta recognoscendum attinet

polonicalium Provinciis per Jnosum olim Albertum Wenieski bonorum Jarki in terra
Varsauiensi Districtu Jacinen certa sortis hæredis iacentis testamento
seu ultima voluntate Sua Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo
terno Feria Secunda post Festu Sancti Adalberti proxima condito et Decre-
to Venerabilis Alexandri Halanski Præpositi Ecclesiæ Collegiatæ Varsauien
Surrogati Judicio a Anno Dni 1644. die veneris ordina Mensis Febru-
rii approbato. pro pauperibus Xenodochii Ecclesiæ Jezierscensis nunc
et pro tempore existentibus legatum et ordinatum de et ex manibus
Religiosi Patris Drogoszenski S. Theologiæ Magistri et Prioris Conuentus
Religiosorum Patrum Fratrum Ordinis Prædicator S. Dominici Varsauiæ
ad Ecclesiam S. Hiacinthi degens tanquam bonorum Supradescriptorum
Juris nuncupatorum hæredum et possessorum prompta præsenti et
circa acta numerata pecunia tulit leuauit percepit et ab numerauit
De qua leuata percepta et realiter numerata pecunia idem Reu-
dus eundem Religiosum Patrem Petrum Drogoszenski Prior
totumq; Conuentum sæpe dictum Varsauien quietauit liberos absolu-
tosq; fecit et pronunciauit prout præsentibus quietat liberos
absolutosq; facit ac pronunciat. Nihil sibi et dicti pauperibus
Juris Dominii proprietatis proprietatis reservando aut quouis
modo excipiendo Verum sibi et Suis Successoreis, ac prædicti
Xenodochii pauperibus perpetuum silentium imponendo et indicendo
silentium Hac sua personali comparitione ad præmissa mediante
Alias informa Quietationis desaisinatione et persolutione tum
summæ Capitalis quam et prouisionibus amplissimæ et per-fectissimæ
Quam eiusmodi inscriptionis quietationem manibus sua propria subscripsit
Joannes Casim Alexandrowski Ca: Sieradien Parochus Leczycen

Quam eiusmodi quietationis Inscriptionem Suprascriptam Ratam et gratam
habentes haberiq; ab omnibus volentes ad acta præsentia subscripsi iisdem inseri
atq; ingrossari et ex iisdem actis nostris de verbo ad verbum descriptam
parti affectanti authentice extradi permisimus Ingrossorum fidem Q.

Inscribut Centum 300 flo: P:
Zaleski Venerabi: Parr: Jezierscen. Sub eodem acto

Ad relationem eiusdem Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et sin-
gulis Quod coram Nobis et actis Metricis Regni Cancellariæ nostræ maioris

personaliter comparens Gnosis Josephus Zaleski bonorum Cychry
certa Sortis Danieczyzna dicta haeres et possessor sanus men
te et corpore existens a terris districtibus fori q' suo gaenis pro
prio et competenti recedendo huic vero nostro Jurisdictioni Re
gni cum persona et bonis suis quo ad hunc dum taxat actum
alias subiiciendo et incorporando palam sponte libere benevole
ac per expressum recognouit praesentibusq' recognoscit.
Quia ipse Summam Trecentorum florenorum polonicalium
currentis in regno moneta hodierna de actis praesentis de bonis Jurki
possessionis ad praesens Religiosorum Patrum Praedicator. Conventus Nova
Varsauiae leuatam de et ex manibus Venerabilis Joannis Casimiri Aksa:
nowski Cancnici Kiouiensis Parochi Jezierscensis prompta parata
et erecta acta nostra realiter numerata pecunia tulit percepit leva
uit et adnumerauit inum tamen reemptionis alias na Wyderkaff. Quam
quidem Summam trecentorum florenorum polonicalium Quemlibet flo
renum triginta grossis numerando moneta et numeri in Regno currentis
eidem Venerabili Joanni Casimiro Aksanowski seu veriis hospitali et pau
peribus Jezierscensibus in et super bonis suis mobilibus et immobili
bus nunc habitis et in futurum habendis praesertim vero et specifice
in bonis Cychry seu veriius in sorte eorundem bonorum danieczyzna
nuncupata hac Summa supra recensita de manibus Gnosi Adami Gro
towski Summa quingentorum florenorum polonicalium obligata exempta
obligat inscribit et assecurat tam insuper fata sorte quam omnibus perti
nentiis attinentiis ad eandem Sortem bonorum haereditariorum recog
noscentis prospriorum ac knietonibus tabernatoribus et aliis
quibusuis molis praefata Sortis Danieczyzna. Spectan. A qua quidem Sum
ma trecentorum florenorum polonicalium moneta et numeri in Regno
Currentis modernus recognoscens cum suis Successoribus et praefator
bonorum possessoribus Censum annuum reemptionalem a quolibet centu
per Septem computando et numerando videlicet Sumam viginti senius
florenorum polonicalium Currentis in Regno moneta eidem Vene
rabili Parocho Jezierscensi nunc et pro tempore existenti, in tunicas
pauperum Xenodochii Jezierscensis iuxta voluntam Gnosi Alberti
Vlaniecki eiusdem Summae fundatoris et testamentaliter seu sua
ultima voluntate ordinata, et non in alios usus convertendam Su:
cipiendo eiusdem Summae Censualis florenorum viginti unius
polonicalium Currentis in regno moneta in et pro Festo Sancti Martini
Pontificis et anno praesenti celebrando et sic de anno in annum pro eodem festo
Sancti Martini gratia manuali quietatione per praefatum Vene
rabilem Aksanowski eiusq' Succedaneos danda eo nomine se inscribit
obligat et assecurat modis de iure quam firmissimis Solaturum et suos
Successores Solaturos. Casu vero cuiuscumodi Census pro termino gra
tuso

fixo non exoluto nonis. Et presenti inscriptioni contrauentionis atq; uadio mox inscripto extunc paratam Intromissionem per Ministeriales Regni Generalem & Nobiles Duos prauia uitica Citatione ad officium competens Regni cui ex persona et bonis suis subest peremptoria tam respectu lesus quam et damnor[um] [ac uadii] peremptoria interminio primo quem sibi recognoscens constituit peremptorie libere admittit et suos Successores bonorum prefatorum quoslibet Successores obligat et adstringit. Insuper idem recognoscens obligat se et suos Successores occasione presati census abominibus Inscriptionibus prioribus si quae sunt et omni impetitione iuridica prefatum Parochum tenentes et eius succedaneos tueri eximere et liberare et indemnem reddere abominibus personis ut eundem Reuo absq; quouis impedimento percipere integre ualeat. Quae omnia superius expressa et in presenti Inscriptione contenta prefatus Petrus Zaleski et eius Successores tenebitur et teneantur complere. Sub uadio trecentarum marcarum prenominato Parocho eiusq; succedaneis casu contrauentionis predicte inscriptioni soluendo. Quodsi vero noluerit aut neglexerit extunc in instanti prefato uadio satisfacere tenebitur. Et satisfaciendo pro prefato uadio ubique omnia contenta in presenti Inscriptione complere debebit. Damnaq; occasione prefati census vindicationis Venerabili Parocho et eius Succedaneis [illatis] simplici asserenti tenendo soluere tenebitur. Quodsi vero summam hanc capitalem saepefatus recognoscens de bonis suis soluere et deportare voluerit aut eius Successores voluerit extunc duodecim septimanis [ante dictum] eundem Venerabilem Parochum et eius Succedaneos de deportatione eiusdem aduisare et obdestinare tenebitur. Prout se presentibus obligat inscribit et asserurat. In forma alias obligatoria Inscriptionem plenissimam. Quam Inscriptionem manu sua propria subscripsit Joseph Zaleski

Quam eiusmodi inscriptionem Suprascriptam obligatoriam Nos ratam et gratam habentes habereque ab omnibus volentes ad acta praesentia Susipi iisdem inseri et ingrossari atq; ex iisdem actis nostris de verbo ad verbum depromptam parti assectanti authentice extradi permisimus Injuorum Actum &.

Sub eodem actu

Ad relationem eiusdem Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quibus ad nos et acta metrices Regni Cancellaria nostra maioris veniens personaliter Nobilis Jacobus Kwiatkowski murum sua uera ac fidelis relationis ubique locorum faciendae palam ultro ac benevole recognouit. Quia ipse ad instantiam partis actoreae infrascriptae ex officio suo existens requisitus condescendendo ad fundos et Domos infrascriptas Sabbatho ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima die videlicet decima Nonae mensis Junii anni nunc currentis Literas mandati seu Citationum nostrarum regiarum in numero quatuor ex cancellaria maiori Regni contra Spectabiles Proconsulem Consules Civitatis nouae Varsaviae et alios in iisdem Citationibus expressos emanatas Sigilloq; Regni maiori transuersali impresso munitas tenoris talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae &. Vobis Venerabili Augustino Bernicz Canonico Varsauiensi Religiosis Patribus Guardiano totiq; Conuentui Varsauiensi ordinis Sancti Francisci minorum Conuentualium, Spectabilibus Proconsuli Consulibus Honoscabinis Dum decemuiris Civitatis nostrae Novae Varsaviae, Gnoso

Stiwicki

Skwicki thesauri regni notario Nobilibus Joanni Kochanski Mostecki
Jacobo Swiegarski Item Joanni Madeyski Cyrioni Successoribus Stani
slao Wielochowski Item Sobin Tauman Michaeli muradio Valentino
Rys Matthiae Topkiewicz aliisq; quibusvis fundi infrascripti adempto
ribus occupatoribus et possessoribus de personis Causa infrascripta
bomsq; uestris generaliter omnibus mandamus ut coram Nobis Judicio
nostro Assessoriali Varsauiae aut ubi tunc cum Curia nostra feliciter
constituti fuerimus, a positione praesentis Citationis nostrae in dua
bus Septimanis seu tum dum et quando Causa presens ex regestro
vocandarum Causarum publico adiudicandum acclamata fuerit per
legitime ac peremptorie compareatis. Ad instantiam Procuratoris Insti
gatoris Regni eiusq; delatorum Confraternitatis Pii montis Sancti
Lazari Misericordiae Dei Varsauiensis. Quinos post obtentam primae sente
nciae poenam citant pro eo. Quia vos non formidando rigorem
legis contra indebitos et violentos occupatores fundi Sanctae
et legibus regni Sat Severe contra talia audentes descripti aut
estis et temere praesumpsistis Confraternitatis fundum Sancti
Lazari pro pauperibus donati in Nalewki ad Varsauiam inter fun
dos vestros vicinos consistens priuata authoritate et clanculo
adimere eundem fundum nullo habito Jure insedere aedificia
hortos in eodem construere. et exaedificare, usus fructus pau
peribus praedictos in prouisionem percipere in ususq; Vestros
Conuertere, neq; ad requisitionem actoris moderni eundem fundo
fructusq; eius reddere neq; deoccupare. et annulsum restituere
velle prout de facto eundem fundum ademtis aedificiis et hor
tos construxistis et exaedificastis usus fructus pro pauperibus
fundatos percepistis et in usus Suos conuertistis neq; ad requi
sitionem actoris eundem fundum reddere et deoccupare et annulsum
restituere voluistis paenasq; eo nomine legibus Regni expressas
incubuistis. Citamini igitur ad audiendum et audiendum Vos
ad restitutionem et deoccupationem fundi per nos adempti
stringi ad soluendos usus fructus ex eodem fundo perceptos
compelli Jura si qua habetis prodiici eisdem Juribus nos priuari
demolitionem aedificiorum vestrorum vobis imungi in refusione
dampnorum et litis expensarum vos condemnari. Caeteraq; pro causae
et Juris exigentia contra vos Statui et Sententiari. Sic igitur
personaliter paituri terminum attentatus et iudicialiter re
sponsuri Datum in Cancellaria maiori Regni Feria Sexta post
octauas Sacratissimi Corporis Christi Domini hoc videlicet de
cima octaua Mensis Junii anno eiusdem Millesimo Septingen
tesimo

tesimo. Locus Sigilli transuersalis maioris Cancellariae Regni. VFOPR.
R.M.Seriu. Vnam ad residentiam Spectabilis Kulkowicz Protonotarii Nouae Var
saniae alteram ad Domum Religiosorum Patrum Franciscanor. tertiam ad Palatium
Venerabilis Berniez. quartam denij inhabitatoribus priefati fundi actor propriu
exportauit et executus est, et terminum coram Judicijs Nostris comparendi.
iuxta priefixionem temporis meadem citatione nostra Specificat assignauit
de quo praesentem Suam fecit relationem. Quam nos ab ipso suscepti achis
ingrossari et una cum ipsa Citatione de promptu parti affectanti in forma
authentica extradi permisimus. In quorum &. actum ut supra. Relato. &

Actum Varsauiae Feria Quarta post Festum Visita
tionis Beatae Mariae Virginis proxima die scilicet
Septima Mensis Julii Anno Domini 1700.

Ad relationem Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Sin
gulis. Quod ad nos et acta Metricea Regni Cancellariae nostrae personaliter
venientis Nobilis Michael Zdziecki obtulit et adacticandum exhibuit lite
ras infrascriptas polonico idiomate formatas manu Reuerendi in Christo Pa
tris Nicolai Wyzycki Episcopi Pelimensis subscriptas et sigillo utensili com
munitas. Supplicatumq nobis est nomine offerentis utreadem literas ad acta
praesentia suscipi isdem inseri et parti affectanti in forma authentica extra
di permitteremus Quarum literarum tenor de verbo ad verbum est qui sequi
tur talis. Mosci Panie Zaleski. Jakom ustnie zalecył tak y teraz prasenti
litera powtarzam abyś się we cale nie wdawał wzbronne odbieranie Woyto
stwa Skrzyszewskiego ale przyimuy in plena possessione JMP Zaleskiego
Metrykanta Cancellaryey Wielkiey zostawiel Na czem rękę swą podpisuię
y pieczęć przyciskam Warszawie 6. Julii 1700. ✠ Mikołay Wyzycki
Biskup Ch: my Locus Sigilli utensilis cera hyspanica appressi. Gdzie mie
dziane gorzałczane oddac boto nienależy na moie Zycie. Quas quidem
literas quarum originale ideni offerens ad se recepit et de receptis Cancellaria
nostram quietauit. Supplicatone praefata Nos benigne annuentes ad acta
praesentia suscipi isdem inseri atq ingrossari et versus ex isdem achis
descriptas parti affectanti extradi authentice permisimus. In quorum
Relato &.

Oblata Privilegii pro Civitate
Pyzdrensi

Sub eodem actu

Ad relationem eiusdem Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Singu
lis

gulis Quod Nos et acta metrices Regni Cancellaria nostra maiores veniens
personaliter Honoratus Stanislaus Timinski Ciuitatis Pyzdrensis notarius
obtulit et adaticandumq porrexit Literas papiraceas Sigillo Ciuitatis
eiusdem Pyzdrens communitas et manu praefati offerentis subscriptas
continentes inse Priuilegium Serenissimi olim Sigismundi Augusti
Regis Polonie praedecessoris nostri Supplicatumq est nobis ut easdem
literas ad acta nostra regia Suscipi eisdem inseri permittere dignare
mur. Earundem vero literarum tenor est qui Sequitur talis Extare
inactis Proconsularibus e Consularibus Ciuitatis Sere Regie olim Pyzdren
Priuilegium Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Polonie Anno Do
mini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Nono inscriptum cuius te.
nor de verbo ad verbum est talis. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex
Polonie Magnus Dux Lithuanie Nec non Terrarum Petricouie Sandomire
Siradie Lancicie Cuiauie Russie Prussie Masouie Culmen Elbingen Po
meranie etc Dominus et Hares. Vniuersis et singulis tam praesenti
bus quam futuris significamus volentes Ciues nostros Pyzdrenses cir
ca ipsorum bona quae per olim Serenissimos Nostros duces et Reges ex
benigna gratia donata et concessa fuisse etiam ea quae ipsi seu ipsorum
praedecessores a Nobilibus olim Catharina et Boguslawa Benefickie
dicta ipsis meliori Pyzdrensibus a multis temporibus resignata atque
vendita. Quae licet bona per praedecessores nostros praefatos per nos
confirmata et restaurata. Itaque Priuilegium nostrum Originale
praedicta Ciuitatis nostrae Pyzdrensis a multis temporibus per voragi
nem ignis est consumptum atq amissum. Ideo ad petitionem Magnifi
corum Dominorum Stanislai a Szarnkow Referendarii Nostri et
Dragimen Capitanei e magnifici Domini Alberti fratris eius ger
mani: maioris Polonie Generalis Pyzdrensisq Capitanei benigne
gratioseq acclinati Priuilegium ipsis Incolis nostris Pyzdrensibus
iuxta Priuilegia Ciuitatis nostrae dicta Kalisz atq aliarum Ciuitat
nostrarum benigne concedimus prout et concessimus praesentibus
Limites graniciesq praefatae Ciuitatis nostrae prout ex antiquo lim
tata Sunt atq designata describens. Et inprimis bona nostra
praefatorum Ciuium Pyzdrensium incipiendo per fluuium dictu War
ta tendunt penes pratum a dextra manu dictum poremba quod
Pratum etiam Ciulz fuit penes riuum Rowce dictum per antiquu
tatorificium. usq ad molendinum Regale nouu dictum Slodek ad
uiam qua itur ad Konin eadem via limites Ciuitatis nostrae Py
dzrensis tendunt ad molendinum dictum Bialobrzeg ubi est Sce
pulus destructus exeundo de vado viae quae tendit prope boram
et Syluam Ciulem Pyzdrensem dictum Splawie ad manum dex-

tram.

tram penes quam viam demonstrantur quidam Sulci Beneficiis uocati usque
ad definies Splawie Sylue et aduiam que tendit a Molendino Biatobrzegi
ad Jadamierz, que via limitat granicies Ville regalis nostre Dluska atque
Rataie, et Cuiles que tendit ad Villam Jadamierz per eum montem versus
Jadamierz ad Scopulum veterem Signatum qui situs in acie campi Ville Mys
zakowo. per Sylvam et riuum Zielowcza et per borram ad Sylvam Gradzin
in qua borra atque Sylua sunt Scopuli collaterales usq; ad granicies borre
Monasterii Landensis a quibus Scopulis pergunt Scopuli collaterales ad Vil-
lam dictam Tomice per borram ubi sunt tres Scopuli unus Cenobii alter Ciui-
tatis nostre Pyzdrensis tertius Ville Tomice collaterales. a quibus via Ver
sus Tomice situr ubi ex utraq parte uie, sunt Scopuli renouati collaterales,
limitant nouam borram Ciuilem cum Borra ville Szymanowicze et Ville
Tomice penes molendinum et Stagnum eiusdem Ville et Sylvam Nouam
Ciuilem ad Scopulum angularem qui noviter Sipatus est de consensu hae-
redum de Tomice et Szymanowice. et penes uadum seu Riuum qui fluit
penes campum eiusdem Ville. Qui Scopulus diuidit hereditates Villarum
Tomice. et Szymanowice. et bona Ciuilia seu nouam borram Ciuitatis Pyzdre
sie a quo Scopulo alii Scopuli penes viam que ducit de Tomice ad Luhom
usq; ad uiam dictam Rosiszewska, eadem via de Gradzin & Tomice eque
uidelicet Scopulus extat ubi angularis est Scopulus. a quo retro Sylvam ad uadu
seu flumen dictum Zimochowiec Scopulus antiquibus Sipatis qui diuidunt
bona Ville Szymanowicze et bona Ville Tomice atq bona Ciuilia Pyzdrensia
Deinde eodem flumine penes bona hereditaria Ville Cieniewo ad grani-
cies ville nostre Regalis Lisowo Via per uadum dictum Przechod que via
diuidit bona nostria Regalia Ville nostre Lisowo. et penes lutum dictum
Lisowska ad Scopulos tres magnos per uiam que ducit de Pyzdry ad Kalisz
qui Scopuli diuidunt bona nostre Ville Regalis, dicte Lisowo. et bona Ville
Tarnowo et bona Ciuilia Pyzdrens inde ab eodem flumine versus Pyzdry
penes prata et hereditatem Ville Tarnowo per uadum dictum minor Sie-
konska. quas hereditates uadus seu Riuus iam supranominatas
alias Samica. diuidit usq; ad Ciuitatem Pyzdry penes prata Aduocatie
Pyzdrensis. penes Stagna alias Jeziora Aduocatialia ad flumen anti-
quum Warta dictum. ex alia parte fluuii dicti Warta a furca alias od Sie
bienice penes hereditatem Ville Tarnowo et hereditatem Ville Splawie
et hereditatem Ville Nowawies heredum de Tarnowo et Zieleniec
et hereditatem Chlebowo ad Scopulum magnum dictum Komorzy qui
Scopulus diuidit hereditates Villam Chlebowo et aliam Villam Wszembor
et Villam Ciuilem dictam Cesle. A quo Scopulo magno alias Komorzy

per lutum alias per Knoz kedy byl Wilczy dol ad Riuum seu flumen
alias do Strugi albo do Samice Szrodka quod flumen transet
penes bona Villæ Wszemborz ad bona Ciuitatis Cieste pertrcurrendo
in medietate fundi Ciuitatis Pyzdrensis Iurisdictioni abantiquo
Subiacens nempe videlicet bona Specificata prædium dictum
in medio Campi Szyba una cum Stagnis pratis campis Syluis
hortis domis Stagnculis atq molendino et in toto Et aliud
prædium Zbabrii dictum in fundo atque campo Ciuitatis Pyz
drensi Iurisdictioni ab antiquo Pyzdrensis Ciuitatis Subiacens
una cum campis pratis Stagnis Syluis ædificiis aquo flumine
alias Strugi albo Samice aut granicicbus transit flumen seu
riuus ad hæreditatem Villæ Borzikowo penes villam eam
dem et ex alia parte campi Ciuitas Pyzdrensis alius po Samicz
quod flumen seu riuus aut Samica transit ad granicies Villæ
nostræ Regalis dictæ Dtuske granicicbus diuidentibus campos
Villæ Borzikowo et villæ nostræ Regalis Dtusko et Ciuitas usq
ad Piscinas aut Stagna qui sunt circa eandem Villam nostram
regalem dictam Dtusko De quibus riuis aut piscinis et Sta
gnis Cannalibus fluit aqua ab antiquo ad Ciuitatem nostram
Pyzdrensem ex prædictis piscinis aut Stagnis usq ad flumen
dictum Warta penes quod flumen prædium est Præpositi ho
spitalis Sancti Spiritus in fundo Ciuitatis Iurisdictioni Ciuitatis
Pyzdrensi Subiacens ab antiquo. quod prædium supra nomi
natum transit penes flumen dictum Warta usq ad horti Mo
nasterii Franciscanorum. Nos itaq Sigismundus Augustus
Rex prænominatus granicies prædictæ Libertas prædictæ Ciuitati
Nostræ Pyzdrensi dedimus prout præsentibus damus tempori
bus perpetuis harum testimonio literarum quibus Sigillum No
strum est appensum. Datum Cracouiæ Feria Secunda post Domi
nicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Quadragesimo Nono. Regni Nostri Anno Vigesimo. Præsentibus
Nobis in Chro Patribus Magnificis Generosis et Venerabilibus
Dominis Samuele Maciejowski Cracouien et Regni nostri Can
cellario Domino Ioanne Drohojowski Chelmen Episcopis Spitkone
de Tar.

de Tarnow Nouiciens Regni nostri Thesaurario et Bizzeriscensi
Crepicensi Stanislao Mackowski Lublinensi Serenissimæ Conjugis
nostræ Marschalco ac Zawichostensi Nicolao Trabia Chelmensi
Regni nostri Vicecancellario et Lubomlien et Wrcslao Lutomierski Cze
chowien Castellanis, Joanne Lutomirski Curiæ nostræ Thesaurario
Jacobo Uchanski Decano Warsauien Canonico Cracouiensi Valenti-
no Dabinski Burgrabio Cracouien Referendariis nostris testibus
ad præmissa Datum ut Supra. Quod quidem Priuilegium ubi inyde
actis Syndicis contineur fideliter de verbo ad verbum descri
ptum et ex iisdem actis extractum et promotion fide sigillo Curiæ
ns Syndicensis communitum. Locus Sigilli Curiæ Syndicen Ex actis
Proconsularibus Curiæ Syndicensis Extractio Stanislaus Tymanski
Notarius Syndicen. Quas quidem priuilegii literas quarum Originale
idem offerens ad se recepit et de recepto cancellariam nostram quietauit
Supplicatoni præfatæ Nos benigne annuentes adacta præsentia susci
pi iisdem inseri atq; ingrossari et rursus ex iisdem actis descriptus
parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum etc. Re:

Pincernatus Visnensis
Gnoss Mozarski
confertur

Sub eodem actu

Ad relationem Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Ruſsiæ

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis
Quod ad nos et acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ maioris veniens perso-
naliter Nobilis Felicianus Holowka obtulit et ad acticandum porrexit Priuilegium nostrum
Super Pincernatum Visnensem Gnoss Casimiro Mozarski benigne collatum manu
nostra subscriptum et Sigillo Regni minoris Cancellariæ nostræ communitum Sanum
Saluum et illæsum omniq; Suspicionis nota Carens. Supplicatumq; Nobis est ut illud
ad acta præsentia Suscipi isdem inseri et ingrossari atq; informia authentica illud
parti affectanti extradere dignaremur cuiusdem vero Priuilegii tenor eiusmodi
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Ruſs:
Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et sin
gulis, Cum Virtutis sit mereri gratitudinis remunerari ac quibus adbe-
ne merendum bomi cures seruntur conatibus iisdem Principes in parte
distributiua iustitiæ flecti momentis dignum esse iudicamus. Nihil pri
us et peculiarius in hoc felici Regni nostri initio censemus, quam
non ut præcipi soluni sed etiam prodesse. Studeamus Eos præcipue
Ubertati prosequentes benevolentia quorum illibatam nec ullis
aduersæ fortunæ procellis concussam fidem perspectum erga Nos
ac obsequia studium præclaris animis dotes experti sumus. Itaq;

Vir

Virtutes & merita insignia in Egroso Casimiro Moczarski veteris
generis claritudine conspicuo comperta habentes non immerito
faciendum esse duximus ut ipsi Pincernatum Visnensem post
ascensum Egrosi Stanislai Opacki ad Vexilli ferratum Visnensem
ad praesens vacante ad dispositionem Nram Regiam devolutu
daremus & conferremus. prout quidem praesentibus literis nris
damus et conferimus. Ita ut eundem Pincernatum Terrae Visnensis
cum omnibus Juribus Praerogativis immunitatibus hic munus de
antiquo concernentibus. teneat habeat et possideat ad extrema
vitae Suae tempora vel alterius dignitatis assecutionem. Quod
omnibus quorum interest praesertim vero dignitariis officialibus
et universae Nobilitati Terrae eiusdem Visnensis notum esse vo
lentes mandamus ut amodo non alium nisi dictum Egrum
Casimirum Moczarski pro vero et legitimo Pincerna Visnensi
agnoscant eig de loco Juribus et Praerogativis ad hoc munus
spectantibus respondeant et ab alijs responderi curent pro gra
tia Nostra. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscr
Sigillo Regni Communiri iussimus. Datum Varsaviae die
vigesima quarta Mensis Martii Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Regni vero Nostri Tertio. Augustus Rex
Locus Sigilli minoris Cancellaria Regni. Pincernatus Visnensis
Egroso Casimiro Moczarski post ascensum Egri Stanislai Opac
ki ad Vexilliferatum Terrae eiusdem Visnensis Confertur Jo.
annes Casimirus Odolski Scr. Regiae Mtis Secretarius.
Quod quidem Privilegium Suprascriptum. cum originale idem offe
rens ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietant
Nos Supplicanti praefatae benigne annuentes ad acta praesentia
Suscipi eadem inseri atq ingrossari & rursus ex iisdem actis desera
parti affectanti authentice extradi permisimus. In quod. etc.

Roma Chrzeszow Conferuntur
Generoso Wyzycki

Sub eodem actu

Ad Relationem eiusdem Illmi & Reuer: Supremi Cancellarii

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kiioviae
Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Severiae Czerniechoviae
Hereditarius Saxoniae Dux & Elector.

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod adnos, et acta Metrices Regni Cancellariae nostrae maioris veniens personaliter ad nos Joannes Zagacki obtulit et adachi-candum porrexit privilegium nostrum contenens hinc collationem bonor Chreptyiow Prosq Joanni Wyzycki Vexillifero Kiouiae, manu nostra propria subscriptum et Sigillo Regni Cancellariae maioris munitum. Supplicatumq nobis est ut illud ad acta praesentia nostra suscipi eadem inseri et ingrossari atq illud in forma authentica extradi mandaremus Cuius modi vero Privilegii tenor est qui sequitur eiusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux &. Significamus praesentibus Literis nostris &. Cum nos veluti ex singulari meritorum respectu Prosi Joannis Wyzycki Vexilliferi Kiouiensis bona Chreptyiow cum omnibus villis pratis campis Silvis nemoribus flummibus Stagnis piscinis apiseriis mellificiis caeteriq attinentiis et pertinentiis nullis penitus exceptis in Palatinatu Podoliae sita Eidem post fata Prosi olim Joannis Mysliszewski Vexilliferi Zerniechouiensis ad nostram dispositionem devoluta non obstante Prosa Mysliszewska Vexillifera Zerniechouiensis aduitalitate ut pote non capacis tenendi dicta bona regalia Chreptyiow Turcis olim tractatu pacis Reipublicae resignata protunc quae in hostico iacentia semperq hostium incursionibus patentia ut Ita in limitibus per speciale privilegium nostrum dedimus et contulimus ita nunc tamen si nulla privilegio Nostro superius intimato ac Prosa Joanni Wyzycki Vexillifero Kiouien benigne collato desideretur legitimatio providentes nihilominus eidem de plenitudine et firmitate Juris praedicta bona Chreptyiow etiam post fata eiusdem Prosae Mysliszewska Vexillifera Zerniechouien eidem Prosa Joanni Wyzycki Vexillifero Kiouien Tribuno nostro ad extrema vitae tempora cum omnibus attinentiis et pertinentiis per ipsumet tenenda et possidenda confirmamus decernimus et declaramus anteriusque Privilegium Praesentibus literis nostris approbamus et confirmamus. In quor fidem praesentes manu nostra Subscripsi Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviae die octava Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo octavo. Regni nostri Anno Primo Augustus Rex Locus Sigilli maioris Cancellariae Regni. Bona Chreptyiow nuncupata in Palatinatu Podoliae sita Prosa Joanni Wyzycki Vexillifero Kiouiae post fata Prosi Joannis Mysliszewski Vexillif Zerniechouien. Venceslaus Franciscus Trzcinski Succerna Rauensis Scrae Mtis Regiae Secretarius. Quod quidem Privilegium Suprascriptum Cuius Originale idem offerens ad se

recepit et de recepto Cancellariam nostram quietalit Xcos
Supplicationi praefatae benigne annuentes ad acta praesentia
suscipi iisdem inseri atq ingrossari et rursus ex iisdem actis
descriptas parti affectanti extradi authentice permisimus
In quor Actum ut supra Relatho &

Bona Chreptiow cum attinentijs
Conferuntur Pnoso Wyzycki
Secundario

Sub eodem actu

Ad relationem eiusd Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vni-
uersis et singulis. Quod ad nos et acta Metrices Regni Cancel
laria nostra maioris pernenio personaliter Nobilis Joannes
Zagacki obtulit et ad actichandumq porrexit Priuilegium
nostrum infrascriptum manu nostra propria Subscriptum
et Sigillo regni minoris Cancellariae communitum Sanum Salui
et Illaesum omniq Suspicionis nota carens. Supplicatumq No
bis est ut illud ad acta nostra Suscipi iisdem inseri et ingros
sari et rursus ex iisdem actis describi et parti affectanti
authentice extradi dignaremur. Eiusmodi vero Priuilegii
tenor est qui Sequitur talis. Augustus Secundus Dei gra
tia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae
Masouiae Samogitiae Kioviae Volhyniae Podoliae Podlachiae
Smolensciae Seueriae Czernichouiaq Hereditarius Saxoniae
Dux et Elector. Significamus praesentibus literis nostris quo
rum interest vniuersis et Singulis. Quia nos veluti ex Ingu
lari meritorum respectu Pnosi Joannis Wyzycki Vexillifer
Kioviensis bona Chreptyiow cum ommibus Villis Pratis
campis Syluis nemoribus fluminibus Stagnis piscinis
apisteriis mellificiis caterisq attinentiis et pertinentiis
nullis penitus exceptis in Palatinatu Podoliae Sitt eidem
post fata Pnosi olim Joannis Myslischewski Vexillifer Czer
nichouiensis ad nostram dispositionem deuoluta non ob
stante Pnosa Mysliszewska Vexillifera Czernichouiensis
admutalitate ut pote non capacis tenendi dicta bona regalia
Chreptyiow Tractatu olim tractatu pacis Reipublicae resignata
protuncque in hostico iacentia Semperq hostium incursio
bus patentia uti Sita in limitibus per Speciale Priuilegium
nostrum dedimus et contulimus. ita nunc tametsi nulla

Priui:

Priuilegia nostro Superius intimato ac Gnoso Ioanni Wyzycki Vexil-
lifero Kiouiensi benigne collato desideretur legitimatio prouidentes
nihilominus eidem deplenitudine et firmitate Iuris praedicta Bona
Chreptyiow etiam post fata eiusdem Gnosa Mysliszenska Vexillifera
Czernechouiensis eidem Gnoso Ioanni Wyzycki Vexillifero Kiouien-
Tribuno nostro ad extrema vitae tempora cum omnibus attinentiis
et pertinentiis per ipsumet tenenda et possidenda conferimus decer-
nimus et declaramus. Anteriusq; Priuilegium praesentibus Literis
nostris approbamus et confirmamus. In quarum fidem praesentes
manu nostra Subscripsimus Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Za-
mosciidie tertia mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcen-
tesimo Nonagesimo octauo Regni vero nostri Anno Secundo
Augustus Rex Locus Sigilli maioris Cancellariae Regni. Collatio literata
Priuilegii Superbona Chreptyiow dicta cum omnibus attinentiis et perti-
nentiis in Palatinatu Podoliae Sic Gnoso Ioanni Wyzycki Vexillifero Kio
uien anteriorisq; obtenti declaratio post mortem Gnosae Victoriae
Mysliszewskae derelictae Nduae. Venceslaus Franciscus Trzcinski
Pincerna Rauensis S.M.R. Secretarius. Quod quidem Priuilegio
nostrum Suprascriptum Cuius originale idem offerens adse denuo
recepit et de recepto Cancellariam nostram quietauit. Nos Supplicationi
praefatae benigne annuentes ad acta praesentia Suscipi iisdem inseri
atq; ingrossari et rursus ex iisdem dictis descriptas parti affectanti
extradi authentice permisimus. In quorum &c actum ut Supra Sel:

Hize Priuilegium
Reginaldis mihis obtulit
Superinansionem

Sub eodem actu

Ad relationem eiusd Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia &c. Polonie &

Significamus praesentibus literis quorum interest vniuersis & singulis
Quod ad nos et acta Metrices Regni Cancellariae nostrae maioris venien
personaliter Nobilis Ioannes Hiche obtulit et ad acticanoumiq; porrexit
Priuilegium donationis Lapidea certe in Numero octauo in arce Paris nun-
cupata hic Varsauiae consistens Manu Serenissimae Casimiri Reginae Po
loniae Sororis nostrae Subscriptum et Sigillo eiusdem communitum Sanum
Salvum et illaesum omniq; nota Suspitionis carens. Supplicatumq; Nobis
est ut illud ad acta nostra Suscipi eisdem inseri et ex iisdem rursus
descriptum parti affectanti extradi dignaremur. Eiusmodi vero Pri
vilegii tenor est qui Sequitur talis. Maria Casimira Dei gratia Re-

gina

-na Polonia magna Dux Lithuania Russie Prussie Masouia Samogitia
Kuouie Volhynia Podolie Podlachia Liuonie Smolensciæ Seuerie Czernie
chouiaq Significamus præsentibus literis nostris quorum interest
vniuersis et singulis. Quia Nos habentes rationem diuturnorum
ac fidelium obsequiorum Prosi Joannis Hiche & Mariæ Coniugis
nobis præstitorum fauendum esse duximus ut ipsis et filiis eorundo
Lapideam certam videlicet numero octauam ex sinistra parte si
tam, intrando in arcem nostram Paris dictam daremus & dona
remus, veluti damus & donamus præsentibus literis nostris. Vigore
cuius donationis licitam semper prædictæ Lapideæ nostræ dispo
sitionem habebunt eandem tam ipsimet per se tenendi et possiden
di quam alteri cuipiam locandi ac vsum et fructum inde percipi
endi ad extrema vitæ ipsorum vel alterius eorum Superstitis
et Successorum tempora. Quod omnibus quorum interest notum
esse volentes mandamus ut præfatum Prosum Joannem Hiche
& Mariam Coniuges Successores eorum circa præsens Priuile
gium nostrum conseruent & manu teneant inuiolabiliterque
ab alijs conseruari ac manuteneri faciant. In cuius rei fidem præsentes manu nostra
Nostro communiri iussimus. Datum Sauorouiæ die vigesima
prima Mensis Septembris Anno Domini M.D.C.XC.VIII. Ma:
ria Kazimira Kirlowa Locus Sigilli Adiutalitis Super Lapi
dea Prosi Joanni Hiche & Mariæ Coniugibus Successoribus eorum
Quod quidem Priuilegium donationis Superscriptum penes nos originale
idem offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram
quærauit Nos Supplicationi præfata benigne annuentes ad
acta nostra Cancellaria vbique ipsum inseri atq; inregistrari et rursus par
ti affectanti ex eisdem vno extradi decreto authentice extradi per
mittimus In quorum &c. actum ut supra &c. Relato eiusdem
Privilegii originali debitat

Pincernatus Postinensis
Prosi Hummel conferebat.

Sub eodem actu
Ad relationem eiusdem Illmi Cancellarii Regni
Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonia Magnus Dux

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuer
sis et singulis Quod ad nos Data Metrices Regni Cancellaria nostra
Maioris sedentis personaliter Prosus Laurentius Jaczynski obtu
lit

obtulit et ad acticandumq' porrexit Priuilegium nostrum super munus Pincernatus Postinensis post adeptum Prosi Stamierowski Prosso Hummel per nos Collatum manu nostra propria Subscriptum et Sigillo Regni minori Cancellaria communitum Sanum Salum et illesum omniq Suspicionis nota carens Supplicatumq' nobis est ut illud ad acta nostra Suscipi eidem inseri et ingrossari et rursus eiusdem actis describi et parti affectanti authentice extradi dignaremur. Cuiusmodi vero Priuilegii tenor est qui Sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Liuoniæ Smolenscia Seueriæ Zermechouiæq' nec non Saxoniæ Dux et Princeps Elector. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis Praeclara in Republica merita nullubi meliori noto certiari spe emerita praemia quam a Principum expectant manu quam diuina omnipotentia Vicaria potestate virtutis arbitram æquè beneficiorum dispensatricem Suprema constituit maiestate. Fronde bellicis laudibus innutriti nil optabilius habemus in votis quam eos ciues amplissimis cohonestare virtutum ornamentis qui patriæ Suæ incolumitatem propriæ salutis fortunarumq' impendio tuentur et conseruant. Inter quos merito numerare possumus Prosum Christophorum Franciscum Hummel præter claritudinem natalium rei militaris experientia conspicuum singula eius a prima iuuenta in Palestra Martis egregia referre facinora operosum esset hoc enim innuisse Sufficit, illum difficilimis Reipublicæ temporibus bello Turcico Scytgico Moschouitico et Ciuili contra Zaporhienses Cosacos tantam Principibus et Reipublicæ præstitisse fidem. ut ingentibus factis et auctibus Summam nominis gloriam apud omnes consecutus sit, et praesertim redux ex captiuitate Moschouitica, postquam gloriosis cicatricibus pro patria reportatis decorus, et ex merito inter officiales bellicos præcipuus Meritendo hostes, meruisset Stipendia. Cum itaq' sit decoratum ab eximiis virtutibus ex nostra etiam munificentia Regia licet impari meritis eius præmio muneribusq' exornare cupientes. Eidem Pincernatum Postinensem Terra post ascensum Prosi Petri Stamirowski in Vexilliferatum Wysogrodensem vacantem, et ad nostram dispositionem Regiam, tali modo deuolutum dandum et conferendum esse duximus, prout et de facto damus et conferimus per praesentes literas nostras. Concedentes ipsi omnes in vniuersis prærogatiuas, quibus alii in hoc fastigio officii gaudere Consueuerunt. Quod omnibus quorum interest præsertim vero dignitariis totiq' Nobilitati Palatinatus Masouiæ Terræq' Postinensis aliisq' in vniuersum Regni nostri Incolis notum esse volentes mandamus ut prædictum Prosum Franciscum Hummel

abhinc pro vero et legitimo Sincerna Terræ Gostinensis habeant Et
agnoscant omnibusq libertatibus et prærogatiuis de iure et antiqua
consuetudine huic muneri seruientibus frui et gaudere libere per-
mittant eidemq de loco respondeant, et ab alijs responderi curet
pro gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu nostra Subsig
ptas Sigillo Regni fecimunirj iussimus. Datum Varsauiæ die vige
sima quarta Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingente
mo Regnj vero nostrj Tertio. Augustus Rex. Locus Sigilli. Mino
rus Cancellarius Regni. Sincernatus Gostinensis post decensum
Gnosi Stamirowski in Vexillijferatum Wissogrodensem Generos
Hammel confertur. Joannes Casimirus Podolski Secr. Regiæ Mtis
Secretarius. Quod quidem Priuilegium supra insinuatum et
descriptum cuius originale idem offerens ad se recepit et de re
cepto Cancellariam nostram quietauit. Nos Supplicationi præfatæ
benigne annuentes ad acta Nostra eiusdem inseri et ex eisdem
de verbo adverbum descriptum parti affectanti authentice ex
tradi permisimus. In quorum &c actum ut supra Relator.

Protestatur Mis Michalski
cons GG. Sizychii

Sub eodem actu

Ad relationem eiusdem Illmi Supremi Cancell: &

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus literis quorum interest vniuersis
et singulis. Quod coram nobis et actis Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ maioris personaliter comparens Nobilis Thomas Michal
ski nomine et vice Gnosorum Joannis Winkler Thesaurj Quarta
extæ Reipublicæ notarij ad præsens curandæ valetudinis gratia extra
Regnum commorantis, tum Catharinæ Lubieniecka Coniugum So
lemniter contrij Gnosos. Joannis Sizycki Vexilliferi Owruczensis
et Catharinam Paprocka Coniuges nec non gnosum Bartholomæi Sizych.
Vexilliferi dam Owruczensem filium ipsorum atq; aulicos et famu
los eorum protestatus est idq; pro eo. Quia ipsi optime
scientes de contractu arendatario ratione bonorum Gosuen
cice per olim Gnosam Hedwigim a Zaborow olim Gnosi Sigi
smundi Paprocki Tribuni Piechanouiensis Consortem Viduam
relictam bonorum præfatorum Gosuencice hæreditariam Domi
nam reformatoriam ed adultalem cum Gnosio Winkler
me

vonie Communibus ad triennium facto acta Castrensibus Capitaneal-
bus Varsauiensibus roborate atq; per ipsamet Prosani Catharinam
Laprocka Pizycka Vexilliferam Subscripto vigore cuius contractus
bona eadem Goscinicie Gnosi Winklerowie tenuerunt et possiderunt
tenereq; et possidere adhuc plusquam ad duos annos debuerunt non
veriti penas legum tam antiquioribus Statutis quam et nouella con-
stitutione Regni contra violentos expulsores Sanctas et interpos-
tas ausi sunt die hodierna mattu contenta Summo mane uiolen-
ter grassata bona Goscinicie, Curiamq; ipsorum superinequitare obe-
dientiam Subditis interdicere prouentus omnes intercipere, ac de bonis
iisdem Goscinicie Gnosos Winklerowie Conuges expellere. prout de facto
expulerunt de possessione pacifica deturbarunt violenter bona eadem
Goscencice occuparunt damna maxima causarunt, leges Regni de expul-
sionibus Sancitas conculcarunt. Ratione quorum premissorum uterq;
atq; uterum nomine quo supra manifestatur, eandemq; protestationē
sham in sufficienti copia si opus fuerit ad acta presentia ac alia
quauis authentica porrigendam manu sua propria Subscri-
psit. Ths Michalski

Quam quidem protestationem modo premisso factam Nos rutam
et firmam habentes habereq; ab omnibus volentes ad acta presentia
suscipi isdem inseri et ex eisdem de verbo adverbium descriptum
parti affectanti authentice extradi permisimus In quorum
Actum ut supra L. Relato L.

Zawichostensis
Castellanatus Prono
Gnieuoz conferuit.

Actum Varsauie Feria Quinta post Festum Sanctor
Omnium proxima die scilicet Quarta Mensis No-
uembris etanno Domini Millesimo Septingentesimo

Ad relationem Illmi et Reuerendissimi Supremi Cancellarii R.
Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithue L.

Significamus presentibus literis nostris quorum interest vniuersis
et singulis Quod veniens ad nos et acta Metrices Regni Cancellarie
Nostre maioris Gnosis Stephanus Ozga obtulit et ad ingrossandum
porrexit Literas papiraceas manu nostra Subscriptas et Sigillo Re-
gni maioris Cancellaria Regni communitas continentes inse Priui
legium Castellanatus Zawichosten Supplicatumq; nobis est ut illas ad

acta præsentia suscipi eisdem inseri & sibi authentice extradi permitte
remus. eiusmodi vero literarum tenor est eiusmodi Augustus Secun
dus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prus
siæ &. Significamus præsentibus Literis quorum interest universis
et singulis Virtutis ornamenta ac generis claritati sociati splendores
tum demum nouimus eximie clarescere cum dignitatum honorum
titulis ex aguo decorantur: prout etenim insignis pretii gemma auro im
plantata uberioris splendoris dispensat radios ita natalium & meritor
pondus amplius elucescit cum regalis beneficentiæ testimonio solidatur
Cum proinde Gnosi Joannis Gniewoz Subdapiferi Sandomiriens genus et
originem meritaq; domus gloria secundissimorum meritorum illustris
bene noscamus, ac ipsiusmet fago togaq; præclare gesta plurimis
documentis experiamur ex aguo mercedem ulteriusimmorali non
possumus fauendumq; nobis esse duximus ut illi uacantem ad
præsens Castellanatum Zawichostensem post mutatum Statum
Sæcularem inspiritualem Venerabilis ad præsens Joannis Tarno
wski illius ultimi et immediati possessoris ad nostram disposi
tionem devolutum daremus et conferremus uti quidem præ-
sentibus literis nostris damus et conferimus: cum omnibus Jur
bus prærogatiuis immunitatibus obuentionibus hoc munus de
lege vel antigua consuetudine concernen ad extrema uitæ ips
tempora vel alicuius maioris dignitatis assecutione Quod omni
bus quorum interest præsertim vero dignitariis et officialibus
totiq; nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse eulen-
tes mandamus ut prædictum Gnosum Joannem Gniewoz pro vero
et legitimo Castellano Zawichostensi habeant et agnoscant eu
de loco iuribus et consuetudinibus respondeant et ab aliis
responderi curent. In cuius rei fidem præsentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni Communiri
iussimus Datum Varsauiæ die quarta Mensis nouembris
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero nostri
Anno quarto. Augustus Rex. Locus Sigilli maioris Cancella-
riæ. Regni Castellanatus Zawichostensis Gnoso Joanni
Gniewoz post mutatum Statum Sæcularem in Spiritualem
Venerabilis Joannis Tarnowski Conferitur Ab de Teczyn
Ostolinski Vexillifer Drohiciensis Sacræ Regiæ Mtis Secius.

Cui Supplicationi Nos benigne annuentes praemissas privilegii supra descripti literas quarum originale idem offerens denuo ad Nos recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit ad acta nostra praesentia Suscipi eisdem inseri et rursus ex iisdem actis de verbo ad verbum depromptas authentice extradi permisimus Inquor &c actum &c Relato &c.

Gnosus Izbinski resignat Ensiferatum Sochaczowien in manus S. R. Mtis

Actum Varsaviae Feria Quarta post Festum Sancti Martini Pontificis proxima die videlicet decima septima Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo.

Ad relationem eiusd Illmi Supremi Cancellarii Regni &.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quomodo coram nobis et actis Metricis Regni Cancellariae nostrae majoris personaliter comparens Gnosus Vladislaus Izbinski Ensifer terrae Sochaczowiensis Sanus mente et corpore existens recedendo a fatis Districtibus et jurisdictione sua quamvis propria et competenti huic autem nostrae Regiae jurisdictioni quo ad actum infrascriptum attinet se cum persona et bonis suis subiicendo palam ultro libere beneuole ac per ea presentes recognouit praesentibusq recognoscit. Quia ipse muneri Ensiferatus terrae Sochaczowiensis abrenunciat et abdicat illudq integre in manus Sae Regiae Majestati libere resignat. hac sua personali recognitione adpraemissa mediante. Alias in forma resignationis de jure plenissime et perfectissime Quam resignationem manu sua propria subscripsit Vladislaus Izbinski

Quam quidem resignationem modo praemisso factam Nos ratam et gratam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta praesentia Suscipi etc et eisdem de verbo ad verbum descriptam authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c actum &c Relato &c.

Sub Dapiferiatus Sandomiensis Gnosi Osolinski conferitur.

Sub eodem actu.

Ad relationem eiusdem Illmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae &

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis Quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices Regni Cancellariae nostrae

nostra manuu Gnosus Iozephus Opolinski obtulit et ad ingrossandum porre-xit
literas papiraceas continentes ipse privilegium Subdapiferatus Sandomieri
ensis manu nostra regia subscriptu Sunq; Sigillo et illasas omnia suspicion
nota carentes Supplicatum nobis est ut easdem literas ad acta praesentia
Suscipi et ingrossari perpetuere dignaremur. Quarum literarum tenor de ver
bo ad verbum ex originali descriptu est talis. Augustus Secundus Dei gra
tia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samo
gitiae &. Significamus praesentibus literis nostris quorumuis interest uni
versis et singulis Muneris et instituti nostri regii esse eos vel maxime
condignis adornare praemiis qui non tantum maiorum suorum auditis
emiterent ornamentis verum etiam innatis ac propriis virtutibus et
praeclare gestis vetusta familiae suae decora eo magis conspicua redde
rent quo virtutum praemiatrice honore magis ad bene merendum alli
cerentur. Cum Proinde Gnosus Maximilianus Comes de Tęczyn Opolin
ski Singulari fidelitatis et integritatis eximiae specimine ita animo
et praesentionem nostram deuicerit ut illum ad ulteriores in Reipu
blicam occasiones specialibus gratiae nostrae testimoniis attrahere de
beamus, merito faciendum esse nobis duximus ut illi vacantem ad
praesens Subdapiferatum Palatinatus Sandomiriensis post asce
sum Gnosi Joannis Gniewoz Subdapiferi Sandomierien in Castellanatum Zawichostien in nram dispositionem devolutu daremus et con
ferremus, uti quidem praesentibus literis damus et conferimus cum
omnibus Juribus praerogativis immunitatibus et obuentionibus hoc
munus de lege vel antiqua consuetudine concernentibus ad extrema
vitae ipsius tempora vel alicuius maioris dignitatis assecutionem
Quod omnibus quorum interest praesertim vero dignitariis et officialibus
totiq; nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes
mandamus ut praedictum Gnosum Maximilianum de Tęczyn Opolinski
ab hinc pro vero et legitimo Subdapifero Palatinatus Sandomirien
habeant et agnoscant eiq; de loco juribus et consuetudinibus respon
deant et ab aliis responderi curent pro gratia nostra Regia
In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Re
gni communiri iussimus Datum Varsaviae die sexta Mensis
Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Re
gni vero Nostri quarto Anno. Augustus Rex Locus Sigilli
Maioris Cancellariae Regni Subdapiferatus Palatinatus Sandomie:
riensis Gnoso Maximiliano de Tęczyn Opolinski post ascensum

Gnosi

Gnosi Joannis Gniewoz. W de Tęczyn Ostrolinski Vexillifer Drohiczen
S R M Secretarius. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes. praemissas
Priuilegii Suprascripti literas quarum originale eidem offerens denuo ad se rece:
pit et de recepto Cancellariam nostram quietauit. ad acta praesentia Suscipi
eisdem inseri et rursus ex iisdem actis de verbo ad verbum depromptas
authentice extradi permisimus In quor &c.

Ensiferatus Terra Sochaczo-
wiensis in possessam &c.
Plichta conferitur.

Actum Varsauiae Feria Sexta ante Festum Praesen:
tationis Beatae Mariae Virginis proxima duc Scili
cet decima nona Mensis Nouembris Anno Do
mini Millesimo Septingentesimo.

Ad relationem eiusdem Illmi et Reuerendissimi Cancell: R.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuan.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et Sin:
gulis. Quod veniens personaliter ad nos et acta metrices Regni Cancellaria
nostra Maioris Nobilis Matthias Wasikowski obtulit et admitti petendam
et actis praesentibus inserendum porrexit literas papiraceas continentes
inse Priuilegium Super munus Ensiferatus Sochaczowien. manu nostra
Subscriptu et Sigillo Regni maioris Cancellaria communitu Sanas Saluas
et illaesas omni nota Suspicionis carentes. Supplicatumq nobis est ut
easdem literas ad acta praesentia Suscipi et ingrossari permittere digna
remur Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum est talis

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae
Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singu:
lis. Meruisse id apud nos Gnosi Adalberti Casimiri Plichta virtutum inte:
gritatem et eximiam in rebus gerendis dexteritatem in multis publicis
functionibus tam in toga quam in saga probatam industriam ut omnibus
fortunarum illius accessionibus quanis occasione libenter faueamus
Quamobrem prout de censuimus quatenus illi gratiam et liberalitate
nostram contestando uacantem ad praesens Ensiferatum Terrae Sochaczouien-
sis post liberam resignationem Gnosi Vladislai Zboinski Ensiferi Sochaczo
uiensis, ad dispositionem nostram Regiam deuolutum daremus et con
ferremus. Ut quidem praesentibus Literis nostris damus et conferimus
perpetuum, cum omnibus Juribus praerogatiuis immunitatibus emolu:
mentis et obuentionibus ad hoc munus ex antiquo Jure recepta
consuetudine Spectans, tenendum gerend et obeund ad extremum Vitae
Suae tempora vel alicuius maioris dignitatis aut officii assecu:
tionem. Quod omnibus quorum interest praesertim vero dignitatis
et officialibus ac toti Nobilitati Terrae Sochaczouiensis ad:

notatu

ad notitiam deducentes mandamus ut memoratum Generosum Adal-
bertum Plichta pro vero et Legitimo Cursifero Szochaczowiensi habeant a
gnoscant, ipsiq̃ de loco Juribus prærogativis et emolumentis universis
de iure et consuetudine ad officium Spectant respondeant et ab om-
nibus responderi curent. In cuius rei fidem præsens manu nostra subscrãs Sigillo Regni Cor-
muniri mandavimus. Datum Varsaviæ die decima octava Men-
sis novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regno-
vero nostri Anno quarto Augustus Rex Locus Sigilli maioris
Cancellariæ Regni. Cursiferatus Sochaczowiensis Gnosc Adalbertus
Plichta post literam resignationem Gnosi Vladislai Szbinski con-
fertus. Ad de Teczyn Osolinski Vexillifer Drohiciens &c. Ms
Qui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas Privilegii
Nostri Literas quarum originale idem offerens denuo ad se recepit
et de recepto Cancellariam nostram quietant, ad acta præsentia
Suscipi eisdem inseri et rursus ex iisdem actis de verbo ad verbum
descripta et depromptas authentice extradi permisimus In
quorum &c. Actum ut supra Relatio &c.

Magnifica Theophila Zaluska
Ceout de Jure Suo ad Villas Morsko
Patnow Wroblew Wierzbie et Krzinowzeka
in personam Gnosi Caroli Zaluski

Actum Varsaviæ Feria Tertia pridie Festi
Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis
die Scilicet Septima Mensis Decembris Anni
Domini Millesimo Septingentesimo

Ad relationem Illmi et Rmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux &

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis
et singulis Quod coram Nobis et actis Metricis Regni Cancellariæ nra
maioris personaliter comparens Magnifica Sophia de Konieczpole
Zaluska Palatina Rauensis Vidua relicta Sana mente et corpore
existens recedendo a Terris Districtibus et Jurisdictione sua ple-
nis propria et competenti huic autem nostræ Regiæ Jurisdictioni
quo ad actum infrascriptum attinet se cum persona et bonis Suis
Subiiciendo palam aliis libere benevole ac per expressum recogno-
vit præsentibusq; recognoscit. Cuius ipsa vigore Privilegii Consensus
nostri regii Sibi recognoscenti adinscripta dati manu nostra
Regia subscripti et Sigillo Regni Cancellariæ maioris Communiti

Cuius tenor de uerbo ad uerbum ex originali descriptus est eiusmodi: Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ nec non Dux Prussiæ Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Consensisse nos et permisisse consentireq et permittere præsentibus literis nostris Magnifica Sophia de Horiecpole Zaluska Palatina Rauensi vidua ut possit et valeat de omni et integro Iure suo aduitalitio quod et quale ipsi ad Villas Morzko Satnow Wroblow Wierzbie et Krziworzeka una cum ceteris Scultetiis et molendinis ad easdem Villas spectantibus iacentes, tum ad Summam Trium Millium et trecentorum florenor polonicalium proporcionaliter ab originali septemdecem milliuni trecenor florenor polonicalium rigore Iuris Emphiteutici pro eisdem Villis Summaq prædicta concessi Constitutionisq anni 1661. competit cedere illud in personam Gnosi Caroli Zaluski filii sui transferre et transfundere. Quæquidem cessio Iuris transfusio postequam coram actis quibuscunq authenticis Regni facta et recognita fuerit. Nos eam ratam gratam ich igue præsenti consensu Nro accedente peragetur habituri sumus. Vigore cuius cessionis præsentisq consensus nostri, memoratus Gnosus Carolus Zaluski cum omnibus prædiis Curiis, ædificiis, Structuris, agris, pratis, campis, Syluis nemoribus rubetis fundis, Stagnis, lacubus, fluuiis, tabernis, Subditis, eorum laboribus censibus prouentibus, vniuersisq attinentiis et pertinentiis ad easdem Villas hunc et ab antiquo spectantibus, tenebit, habebit et possidebit usq ad integræ et totalis Iuris Emphiteutici expirationem, et cessationem. Residuo vero annorum Iuris Emphiteutici expirante, ad extrema vitæ sua tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus nostris non esse Nos eundem Gnosum Carolum Zaluski ab usu et pacifica possessione dictarum Villarum cum suis attinentiis, et Summa in iisdem hærente amoturos, neq amouendi cuipiam potestatem daturos, sed eundem circa præfatis aduitalibus conseruaturos, quod et Serenissimi Successores nostri præstabunt. Ratione cuius Iuris debitis suprascriptis, ea onera Reipublicæ quæ ex prascripto legum spectant debient, modernus tenutarius præstare tenebitur. Iuribus nostris regalibus Reipublicæ Ecclesiaq Catholicæ, Salvis manentibus. In cuius rei fidem præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri Mandauimus Datum Varsauiæ die quarta Mensis decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo Regni vero nostri Anno quarto Augustus Rex

Residuum præfati Iuris Emphiteuticos ad decem tum annos ut præmittitur. Suæ constitutionis expressorum et cred.

Dictæ Summæ trium millium et trecentorum florenorum exclusive.

locus Sigilli maioris Cancellaria Regni. Magnifica Zaluska Palatina
Sauensis cedit de iuribus suis ad bona Marzko Patnow et alias pri
personam Gnosi Caroli Zaluski filii sui. Jam ex nunc et de facto Pepero
so Carolo Zaluski filio Suo, de omni et integro Jure Suo Equitatibo,
quod et quale Sibi recognoscenti adtenutam et Villas Marzko Pa:
tnow, Wroblow, Wierzbie, et Krzivorzeka, una cum et duocatiis, Scultz
tiis, molendinis, ad eandem tenutam, et villas spectans, in Terra Wie
lunensi iacentibus, tum ad Summam trium millium et trecentorum flo
renorum polonicalium, ab originali Septem decem Millium trecento
florenorum polonicalium, vigore Juris Emphiteutici, pro eandem
tenuta et nullis Summis praetacta concessi. Gnosibuhonisq; etnos
Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi quinti competit, competereq;
potest, ipsaq; eadem tenuta tota, et integra, ac possessione illius,
totoq; Jure Emphiteutico cumq; universis illarum praediis, Curiis,
Structuris agris, pratis, curtispis, Sylvis nemoribus Lacubus pi
scinis, Stagnis, molendinis, rubetis, fluviis fundis tabernis Subditis
Censitis, eorum laboribus Censibus, daconibus, obedientia, pensio
nibus, proventibus, fructibus, Commodis, et utilitatibus, ac eorum
plenario usu fructu, attinentiisq; et pertinentiis universis, nunc
et ab antiquo ad eandem tenutam et Villas Marzko Patnow Wro
blow Wierzbie et Krzivorzeka pertinentibus. Nihil ibidem pro
se vel quopiam alio reservando, aut quomodocunq; excipiendo
cessit, condescendit, et resignauit prout praesentibus cedit con
descendit et resignat. totumq; ac integrum ius Suum et dui tale
et Emphiteuticum in personam praenominati Gnosi filii sui trans
fert et transfundet, ad habendum, tenendum, possidendum et
utifruendum ad Extrema uita ipsius tempora, iuxta Privile
gii Nostri consensus resonantiam. In quae quidem bona sic data
cta praesentibus cessa, iam ex nunc eadem recognoscens Intro
missionem realem cum libera illarum apprehensione possessi
one et usu fructu per Ministerialem quemcunq; Regni et
Nobiles Duos, iuxta Leges Regni et Consuetudinem accepta
di et conferendi, memorato Gnoso Cessionario Suo dat et admit
tit, datamq; et admissam nec per se nec per quosuis
Subimissas Subordinataisque personas impugnaturam
et impeditiram, ac eundem Generosum Cessionarium Suum
in pacifica et quieta eorum possessione non molestaturam, sed
debitis Suis omnibus Submittit et obligat. Hacbus perso
nali

exto

recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma cessionis bonorum nostrorum de Jure plenissima et perfectissima suam eadem recognoscens manu sua subscripsit.

Josia Konieczpolska Zatuska

Quam quidem inscriptionem cessionariam modo praemisso factam Nos ratam gratam et firmam habentes habereq ab omnibus volentes ad acta praesentia suscipi et ex iisdem de verbo ad verbum describi partiq affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c actum ut supra. L. Relato &c.

Erectio Fundationis pro Ecclesia Sulerouiensi

Sub eodem actu

Ad relationem eiusdem Nri R. Supremi Cancellarii Regni

Augustus secundus Dei Gratia Rex Poloniae &c.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod veniens personaliter ad nos et acta Metricea Regni Cancellariae nostrae maioris Venerabilis Stanislaus Krajewskowski Parochus Sadowienses Decanus Samenecensis in Masouia Obtulit ad acticandum Priuilegium Erectionis seu fundationis Ecclesiae Parochialis Sulerouiensis manu olim Serenissimi Joannis Tertii praedecessoris nostri Subscriptum et Sigillo Regio Communitum Sanum Saluum omnique Suspicionis nota carens. Supplicatumq Nobis ut illud ad acta praesentia Suscipi eidem inseri atq ingrossari permittere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor Sequitur Estq eiusmodi. Joannes Pertus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Kioviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Liuoniae Smolensciae Severiae Czerniechouiaeq. Universis et Singulis tam praesentibus quam futuris ad quos praesentes Priuilegii nostri litterae quomodolibet pertinere dignoscantur notum testatumq facimus. Qua nos more maiorum Serenissimarum Praedecessorum nostrorum cultum diuinum Summo Studio in ditionibus Regni nostri nobis a Deo optimo maximo concreditis promouere cupientes tum legi publicae iustitiae exigente ac pietate Suadente Satisfacere volentes maxime ut tempore moderni belli turcici feruentis ulteriorem benedictionem diuinam nobis posteritatiq nostrae ac toti Regno cum Prouinciis eidem annexis obtinere possimus cum melius dona, quam in res pias cultui diuino seruientes elargiri negueant Proinde ad humilem postulationem Andi Martini Francisci Kagarika Parochi Sulerouiensis moderni praesens Priuilegium Ecclesiae ejus Rectoribusq eiusdem pro tempore existen in perpetuum seruiens

inhaerenda.

inhærendo Constitutioni Comitiorum generalium Varsauiensium Anni millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Septimi in Suo tenore labore de extra dendo præsenti Priuilegio Sanctæ extradendum esse duximus et demandauimus, necessariaq; et opportuna eidem Inserenda Consensi mus. Ac imprimis eo in Consideratione habito quoniam fundatio Ecclesiæ Parochialis Sulejouiens Constitutione præfata approbata per olim Prouisum Samuelem Lipski Capitaneum Nostrum Stanislaouien inhoata Superueniente inopinato. mortis ipsius die impedita in multis necessariis rebus Suum non est Sortita effectum. Proinde Nos de plenitudine potestatis nostræ Regiæ lege publica nobis appro tæ præsertim Consensu totius Reipublicæ in Comitiis Regni Genera libus. prætactis facto præcedente fundationem prædictæ Ecclesiæ Erectionemq; ipsius in omnibus punctis clausulis articulis nexibus confirmamus approbamus Et ratificamus, semperq; in suo vigore et robore manere debere decernimus. et declaramus defectus quosvis erectionis authoritate et potestate nostra Regia Supplemus, gra tiam nostram ad opus prætatis conferendo. ut dictus Reuerendus Parochus Sulejouiensis cum Schola ministris Ecclesiæ Pauperibus omnibusq; Suis Parochianis pro nostra Successorumq; nostrorum Salute Totius Regni incremento et prosperitate diuinam ma iestatem exoret et concihet. Considerantes igitur quod dictus Parochus cum Schola et ministris Ecclesiæ non bene prouisus nullos Census aut prouentus præter Solam agriculturam habeat et ex agris Suæ Eccliæ alias Decimam ipse nullam percipiens pendit. ideo dignum respectum et iustam rationem inopiæ Eccle siæ ministrorumq; ipsius habentes eidem quantum possumus subuenire cupientes, dicto Reverendo Parocho in Sulejow mo derno et pro tempore existenti, de prædio nostro in Sulejow et agris prædialibus Sive desertis quibuscunq; per curiam con seminari Solitis, tum in Wolka Sulejowska et Muszcz decimam manipularem Omnis grani et Seminis hactenus nulli Ecclesiæ extra de Solitam rationem Curæ et administrationis Sacramentor, tum etiam Similem decimam manipularem de fundis Kątniki dictis insylnis et borris nostris Sulejouien tam antiquitus quam re niter excultis Sive excolendis, in quarum perceptione Bacalau reus Sulejouiensis erat intuitu, nunc totaliter eidem Bacalau reo Seu rectori Scholæ damus donamus conferimus, et attri buimus præsentibus perpetuo tenutarios nostros bonorum prædictorum Sulejow modernos et pro tempore existentes seu admin.

Stratores

stratores quosuis eorum tam ui literarum huius Priuilegii Nostri quam Constitutione Regni Anni 1635. de extradendis decimis sancita ad Extradutionem huiusmodi decimæ manipularis stringendo et obligando ac Reuerendissimum Dominum Dei Ordinarium modernum et pro tempore existentem. quatenus dictum Indum Parochum Subiectionendem circa hoc nostrum Priuilegium in percephone talis decimæ manipularis manuteneat & conseruet. posidamus. Item in fundo Sanctuarii camporum extruere meas habeam propinationem diuersis pons et legnoris habere ahas esculenta et poculenta itinerantibus necessaria diuendere facultatem damus concedimus & adscribimus presentibus perpetuo. Item ad tres Sanctuarii mansos. agrorum in literis erectionis et constitutione prafata Specificatos. Quartum mansum desertum Sobieszynski dictum penes agros plebanales iacentem totum et integrum ex liberalitate et munificentia nostra regia cum omnibus eorum areis fundis agris pratis Sylvis horris prout in suo ambitu et circumferentia cum aliis Cmetonalibus agris in longum et latum sese extendunt et continentur nihil excipiendo cum omnimodo fructu et utilitate eorum liberis in campis omnibus pasuis, cum subditis in eisdem fundis et areis Sanctuarii ad presens existentibus videlicet laboriosis Josepho Sobkowicz Sutore Martino Cholewa Marianna Szmyczka Grzelikowna. cum Petro filio iuniore Cmethonibus vel hortulanis antiquis seu recentioribus qui in pratalis Ecclesiæ fundis resident cum uxoribus liberis iumentis adificiis totaq' suppellectili domestica eorundem gratiose damus donamus adscribimus et incorporamus per presentes authorite liberam intromissionem & actualem pacificamq' possessionem ad bona et colonos prafatos dicto Indo Paroche per ministros fidelem et Nobiles quandocunque uoluerit officiose acceptandi facultatem concedimus, dictos subditos ac alios omnes nunc existentes siue in posterum in dictis areis fundis Sanctuarii locandos colonos et Inquilinos ab omni potestate et Jurisdictione Curiali tenutariorum Subditorum seu administratorum eorundem ac cuiuscunque Jurisdictionum terrestrium vel Castrensium exemptos esse uolumus et declaramus prout eximimus presentibus. Subiicimus Parochi directo dominio et Jurisdictioni eos subiiciendo. Insuper memoratos Quatuor mansos Sanctuarii & Colonos eorum ab omnibus oneribus Curialibus contributionibus agrariis Statuum militum Cybernis ac gubernacunq' exactionibus publicis libertamus immunesq' et liberos facimus ac libertate Ecclesiastica more retro donamus, ita ut adinstar aliarum Ecclesiarum Parochialium iure libertatis et immunitatis Ecclesiastici

gaudeat

gaudeat perpetuo. Liberam quoq; inuisionem arborum quarumuis & lignorum tam pro adificijs sepibus quam pro foco necessarijs quum in syluis et borris nostris regalibus Sulcsouiensibus et Jadouiensibus. tam ad Plebaniam Sulcsouiensem quam prædium Villæ Wezonis Subditosq; Ecclesiasticis pro usu eorum damus et concedimus Foralia quoq; aliquibus diebus Dominicis et Festis sub Ecclesiæ pulsu ipsius Ecclesiæ ac reparatione tecti conferimus et attribuimus. Personas quoq; Judeos ne Parochiam Sulcsouiensem contra Jura et Priuilegia Ducatus Masouiæ inhabitent aut famulos Christianos seruent eosdem propellendi facultatem damus et permittimus. Jum aream aliquam desertam competentem et sufficientem cum horto in eadem Villa nostra Sulcsouiensi pro ædificando et extruendo iuxta mentem Fundatoris Xenodochio et hospitali pro receptione pauperum et miserabilium personarum pro meliori commoditate eorum eligendi potestatem damus et gratiose conferimus. Denique mirem et fauorem dicti Reuerendi Parochi præcustodimus Serio inhibentes ne vllus Tenutarius seu Administrator bonorum Sulcsouiensium decimam manipularem ex agris Sanctuarii Ecclesiæ ibidem sitæ ad contractum emptionis seu arendæ decimarum & Capitulo Plocensi seruiens includere audeat huiusmodiq; decimas de agris Sanctuarii exactione Rectorem Parochum Subditos eius siue Scholares aggrauare non præsumat sub pœna decem aureorum Hungaricalium parti læsæ et fisco nostro per medium soluenda, inquorum Judicio et officio Regni, sine quauis appellatione vindicanda. Volumus autem et requirimus Tenutarios bonorum nostrorum præfatorum Sulcsouiensium et Jadouiensium seu quosuis administratores eorum, quatenus præsentes priuilegii nostri literas, dictæ Ecclesiæ Sulcsouiensis et cui legis publicæ datas et concessas et ipsi obseruent et ab aliis obseruari curent pro gratia nostra et sub pœnis contra violatores libertatis et immunitatis Ecclesiæ Sanctis ac aliis Jure legibusque expressis. In quorum fidem præsentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Villanouiæ die vndecima Mensis Augusti Anno Domini MDCLXXXV. Regni vero

vero nostri XXX Anno Joannes Rex Locus Sigilli Adalbertus Stanislaus Chrosciński Sera Regia Actis Secretariis Privilegium Fundationis Ecclesiæ Parochialis Sulejowiensis ex tra Constitutione Anni 1667. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertum Privilegium fundationis et Erectionis Ecclesiæ Parochialis Sulejowiensis Cum Originale idem offerens demum ad se recepit, et de recepto Cancellariam nostram quietavit ad acta præsentia Suscipi eisdem inseri et versus ex iisdem actis de verbo ad verbum describi et deprompto authentice extradi permisimus. In quorum fidem ut supra fecimus.

Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis Gnoso Dunin conferitur

Actum Varsaviæ Feria Secunda Post Festum Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis proximum videlicet decima tertia Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo

Ad relationem eiusdem Illmi et Rmi Supremi Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod veniens personaliter ad nos et acta Metricæ Regni Cancellariæ nostræ Magnus Leszczyński obtulit et ad actitandum porrexit Privilegium Super munus Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis post decessum Gnosi Casimiri Dunin Dunin Tribuno Sandomiriensi Serviens. manu nostra Regia Subscriptis et Sigillo maioris Cancellariæ Regni communitum, Sanum Salvum et illæsum omnique nota Suspicionis carens Supplicatumque nobis est ut illud ad acta præsentia Suscipi eidem inseri atq; ingrossari permittere dignaremur. Cuiusmodi vero Privilegii tenor Sequitur et est eiusmodi Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &c. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Tunc elegantius honorum gemmæ apparent elucentq; ut animos oculosq; ad ulteriora in rempublicam merita et debita Regia Majestatis nitidæ fidelitatis gratitudinem alliciant, quando inclito præclari generis metallo inseruntur. Equidem ea est majestatis nostræ erga emeritas Domos ac virtutes destinatio, ut eatenus antiqua erga thronum regium ac rempublicam merita congruis dignitatibus autoremur, quatenus ad recentiora bene merendi. Posteritati alacritatem gratiæ nostræ Regiæ Stimulis matemus. Unde quandoquidem

dem

dem Dapiferatu Palatinatus Sandomiriensis post decessum olim Gnosi Casimiri Plinski Dapiferi Sandomiriensis vacare comperimus mox eundem praefatus antenatus suos meritis et ipsa persona generosi Lukentostai Dunin Tribuni Sandomiriensis meritis et accomodis ad publica officia qualitatibus conferendum libenter censuimus utique fuerunt presentibus literis nostris conferimus. Cum omnibus juribus loco, prerogativis, immunitatibus et obventionibus huic muneri de lege vel praxi antiqua congruis, per ipsum tenendum gerendum et obeundum, ad ex irenia vitae illius tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem Damus et conferimus. Quod omnibus quorum interest praesertim vero dignitariis officialibus totiq; Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis ad notitiam deducentes mandamus ut praefatus Gnosi Suetoslaus Dunin Tribunus Palatinatus Sandomiriensis ab hinc pro vero et legitimo Dapifero Palatinatus Sandomiriensis habeant et agnoscant, eig; de loco juribus prerogativis immunitatibus et obventionibus ad hoc officium de lege vel usu antiquo pertinentibus, et ipsi respondeat et ab alijs responderi curent. Pro gratia nostra et officiorum suorum debito. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri fecimus. Datum Varsaviae die decima tertia Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero nostri quarto Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellariae Regni. Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis post decessum olim Gnosi Casimiri Plinski Dapiferi Sandomiriensis Gnoso Suetoslao Dunin Tribuno Sandomiriensi conferitur. Venceslaus Franciscus Zienkiewicz Pincerna Ravensis Cancellariae Regiae Mtis Secretarius mp. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes praemissum Privilegium Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis cuius originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit ad acta praesentia Suscepi iisdem inseri et tenus ex eisdem actis de verbo ad verbum descriptum authentice extradi jussimus. In quorum majorem fidem Actum ut supra Datum ut supra. eiusdem Supremi Cancellarii Regni.

Secretariatus Regni
Venerabili Zebrzidowski
Abbati Andreouiensi
conferitur

Actum Varsauiæ Feria Secunda in Vigilia
Festi Sancti Thomæ Apostoli die undecimo
ungesima Mensis Decembris Anno Domi
ni Millesimo Septingentesimo

Ad relationem eiusdem Illmi et Rmi Supremi Cancellarii Regni
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singu
lis Quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices Regni Cancellarius
Cancellariæ nostræ maioris Nobilis Theophilus Mielelski obtinuit et adachiam
dum seu actis præsentibus inserendum Literas papiraceas manu nostra
subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ nostræ maioris communitas Sanas
Salvas et illæsas omnis nota Suspitionis carentes. Continentes inse
Priuilegium Secretariatus Regni Spiritualis Venerabili Josepho Zebrzido
wski Abbathi Andrzeiouiensi Seruiens. Supplicatum nobis est ut easde
literas ad acta præsentia Suscipi iisdem inseri et sibi in forma authen
tica extradi permittere dignaremur. Earundem vero literarum tenor se
quitur et est eiusmodi Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ
magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kiouiæ Volhy
niæ Podoliæ Liuoniæ Smolensciæ Seueriæ Czernichouiæ Hæreditarius Dux
Saxoniæ Princeps et Elector: Significamus præsentibus Literis nostris quor
interest vniuersis et singulis. Ad augustas honorum prærogativas
natam Virtutem merito regius comitatur favor: exhat enim sicut e su
blimi Subsequentis gloriæ culmine regius sustentatus decor crescit Patriæ or
namentum exurgunt benemerentium fortunata auspicia floret perennis
regum observantiæ documenta imo quid quid recta sentiendi domi & fo
ris desideratur in hoc totum concludetur. Cuius encomii antiqua familia
magnorum & in republica meritorum existens Venerabilis Josephus Zebrzi
dowski Abbas Andreouiensis Ordinis Cisterciensium non immerito no
stram provocat regiam munificentiam ut oblatis quibusq occasionibus
eidem non libenter faueamus. Vacante itaq Secretariatu Regni Spiri
tuali post ascensum ad Episcopatum Przemyshiensem Venerabilis Joan
nis Bokum illius immediati possessoris faciendum duximus ut eundem
Secretariatum modo præmisso vacantem præfato Venerabili Josepho
Zebrzidowski damus et conferimus Ipsi quidem damus et conferi
mus ad extrema usta eius tempora vel maioris alicuius dignitatis
assecutionem. Quod ad notitiam omnium quorum interest pervenire

Volo

vero dignitariorum officialium Regni deducentes ab ipsis regere
mus ut praedictum Venerabilem Zebrzidowski pro vero et legitimo
Secretario Regni spirituali habeant et agnoscant eidemq; de loco de
ribus praerogativis et emolumentis respondeant et ab aliis respondere
vi cubent pro gratia nostra In quorum fidem praesentes manu nra
subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die
decima nona Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingen
tesimo Regni nostri quarto etnno. Augustus Rex locus Sigilli mai
vis Cancellariae Regni. Secretariatus Regni Spiritualis post assensum
Venerabilis Joannis Bokum ad Episcopatum Premyslhensem Venerabi
Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices Regni Cancellarie nostræ minoris Generosus Casimirus Zdanowski obtulit et ad acticandum porrexit Priuilegium super munus Dapiferatus Nouogrodensis eidem offerenti collatum manu nostra subscriptum et Sigillo Regni Cancellariæ nostræ Minoris communitum Quorum Sahus et Mosum Supplicatum) Nobis est ut illud ad acta præsentia Suscipi iisdem inseri et rursus ex eisdem descriptum authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur. Cuius Priuilegii tenor sequitur et est talis Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ magnus Dux). Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quia Nos merita et virtutes Generosi Casimiri Zdanowski pensantes et ulteriores) de nobis et Reipublicæ benemerendi occasiones ipsum allicere volentes) Iauendum esse duximus ut eidem munus Dapiferatus Nouogrodensis post decessum Prædicti olim Stephani Suligostowski vacans et ad nostram disposition[illegible] deuolutum daremus et conferremus ut quidem præsentibus Literis nostris cum

omnibus

omnibus Juribus titulo prærogativis ac obventionibus de lege aut consuetu
dine huic muneri debitis damus et conferimus tenendo gerendo ac obeundum
ad extrema vitæ Suæ tempora vel maioris alicuius dignitatis assecutio
nem. Quod omnibus et singulis quorum interest præsertim vero digni
tariis Officialibus tohiq Nobilitati Palatinatus Novogrodensis notum
esse volentes mandamus ut prædictum Generosum Casimirum Zdano
wski ab hinc pro vero et legitimo Dapifero Novogrodensi habeant
et agnoscant ac observent eidemq de loco Juribus titulo prærogativis
et obventionibus respondeant et responderi curent pro gratia nostra
Regia. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri fussimus Datum Varsaviæ Die trigesima prima
Mensis Octobris Anno Domini Millesimo septingentesimo Primo
Regni Nostri Anno quinto. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris San
cellariæ Regni. Dapiferatus Novogrodensis Bnoso Casimiro Zdano
wski post decessum Bnosi Suligostowski conferitur. Joannes Casimi
rus Odolski Sem Regiæ Mtis Secretarius Cui Supplicatum ut
iuste Nos benigne annuentes præmissorum Privilegium cuius origi
nale eidem offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram guv
tauit ad acta præsentia Suscipi eidem inseri partiq affectanti
denuo ex eisdem actis descripti authentice extradi permissimus
In quorum &c Actum &c Rel: &c

Sub eodem actu

Oblata Confirmationis Privilegij Donationis horti Ynlibus Mansi: narijs Eccla Collgta S. Joannis Bapte Relatio eiusd

Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie

Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ minoris Venerabilis Thomas Mu:
gowski Capellæ Regiæ et Collegii Mansionariorum Varsaviensis
ad Ecclesiam Collegiatam Sancti Joannis Baptistæ degens Præpositus
(Scribus Mtis) obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegii confirma
tionis certa Donationis per Illmam olim Annam Duissam Ellasoui
prædicto Collegio Mansionarum seruientis, manu Nostra subscripti
et Sigillo minoris Cancellariæ Regni communitas Sanus Salvus et Illæsus
omniq Suspicionis natæ carentes Supplicauitq Nobis est ut easdem
literas ad acta Metrices Regni Suscipi ijsdem inseri et iterus ex
eisdem actis descripti authentice parti affectanti extradi permit
tere dignaremur. Earumdem vero Literarum tenor Sequitur talis

Augustus.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie magnus Dux Lithuanie Russie Prussie d
Masouie Samogitie Kiouie Volhynie Podolie Podlachie Liuonie Smolenscie
Seuerie Czernichouiaq' Nec non hereditarius Dux Saxonie' & Princeps Elector
Significamus presentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et singulis
Quod quemadmodum Serenissimi Predecessores nostri Reges Polonie & Duces ma-
ioris magnis quoq negotiis Regni distenti primarie rerum Ecclesiasticarum
antetenebant cuius itu et nos Sanctis eorum inedentes vestigiis quotidianis
id quoq comprobare admittimur exemplis, quanta in propagandis Diuino
cultu fideque Catholica protegenda et ampliando debimus pietate et quan-
tum augendis pariter bonorum prout et libertatum Priuilegiorum ac immu-
nitatum Ecclesiarum et Collegiorum fauemus et studemus incrementis
ac ideo cum Nobis nomine Venerabilium Mansionariorum Varsauiensium
Ecclesie Collegiate Sancti Joannis Baptiste ad Capellam Nostram regale
existen per Venerabilem Thomam Magowski Secretarium nostrum dicti Col:
legii Seniorem Supplicatum esset. ut eisdem Priuilegium Donationis hor
ti in Suburbio Varsauiensi per Illustrissimam Principem Annam Ducissam
et hereditatem Masouie datum et collatum approbare et confirmare ac con:
solidare dignaremur Cuius Priuilegii Donationis tenor est eiusmodi
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Sexto Feria Secunda pro
xima post Dominicam Conductus Paschalis Varschouie. In presentia Ma-
gnificorum Venerabilium et Generosorum Felicis de Brzezie Palatini
Masouie & Capitanei Plocensis, Laurentii Prazmowski Czernensis
Joannis de Wola Cinowska Visnensis, Petri Kopythowski Varscho.
uiensis Alexii de Zupki Vischogrodiensis, Joannis Oborski Za:
krocimensis, Adriani de Golymno Plocensis, Michaelis
Zabinski Liuensis Castellanorum. Nicolai de Zukowo Warsche
uien Prepositi et Cancellarii, Alberti Topielski Canonici et Vice
Cancellarii Ducatus Mazouia, Thome Sokolowski Custodis Varsche
uiensis Jacobi de Rozniety Marschalci maioris eiusdem Du-
catus, Erasmi de Kobylnik Plocensis, Stanislai Bylica
de Sucha Varschouien, Floriani Parys de Szyczezu Luben
et Capitanei Czernen pincernarum et aliorum plurimorum
protunc existentium - Illustrissima Princeps Domina Anna
Dei Gratia Dux et hares Mazouie Russie Letmore et Zelo
vie nis gloriosissime Virginis Marie et Domum Mansio
narium Varschovien in Ecclesia Collegiata Sancti Joannis
Baptiste ab antecessoribus & maioribus suis dicti fundate
et erectam gerit studiose potissimum recitata memoria inve:
rentes tenacissime semper intuens obitum et mortem luctuosissi:
mam

mam Illustrissimi principis Domini Stanislai Ducis Masouiæ Ru
siæ &c. germani sui charissimi quam in eadem domo Mansiona
rium uoluntate diuina sic ordinante accepit permuta deinde
humilibus et instantissimis petitionibus et precibus Fratris Jacobi
Kownacki Mansionarii Varschouiensis Plebani in Praschnica
et Suæ Illustritatis et Illustrium olim Dominorum Ducum Ma
souiæ germanorum Suæ Illustritatis thesaurarii benemeriti
certam partem agrorum de Prædio Varschouien Circa uiam
quæ ducit ad Ecclesiam Sancta Crucis in Suburbio Varschauien
penes hortum et Sepem Famuli Pauli Apothecarii Varschouien
uta in longum et latum prout et hortus eiusdem Apotheca:
rii se extendit una cum omnibus et singulis uhlituribus
fructibus prouentibus Censibus redditibus datiis quæ nunc
existunt et in futurum quomodo humano ingenio excogi
tari et fieri potuerint. absq; quouis impedimento officia
lium Ducalium et Consulum Ciuitatis Varschauiensis quorum
cunq; nomi pro se et suis Successoribus penitus abdicem
reseruando Fratribus Septem Missionariis Varschouien
in Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ ac Successoribus e
Domui ipsorum dedit et gratiose donauit dat q; et donat
per præsentes perpetuo et irrevocabiliter eundem hortum ab
omnibus contributionibus Censibus, et generaliter uniuer
sis Solutionibus in Ducatu institutis, vel in futurum
instituendis libertans absoluen Immunitatique ac liber
tati Ecclesiasticæ totaliter adscribens et approprians ac
incorporans secularis et in diuis. Et iam ex nunc dat
et admittit eis liberam introligationem in præfatum
hortum præcone de iure simpliciter secluso. Quare li:
citum erit. ipsis præfatis Mansionariis & eorum Suc
cessoribus præfatum hortum cum his libertatibus et prer:
rogatiuis vendere. Commutare et iterum meliores et Do
tui ac ipsis Mansionariis uhliores quas pecunias pro
quibus vendiderint, et Commutationem pro eo horto
facient conuertere prout ipsis melius et utilius vide
bitur, ita tamen quod loco illius horti possessio bonorum
immobilium circa Varschauiam a Domo Mansionariorum

pro ipsos

Relatio M
extradita
pro parte
consulis
& alio

per ipsos Mansionarios et successores eorum nunquam abienetur perpetuo. Nos itaq; Augustus dex eiusmodi Supplicationi benigne annuentes Eoque attento quod iidem Venerabiles Mansionarii hunc suum haritum toto anteactorum temporum tractu in hucusque pacifice possederunt et possident habeantque concessos gaudebunt et gaudent. libenter Suprascriptum Privilegium Donationis vi omnibus illudes Punctis clausulis contentis libertatibus immunitatibus concessis & prout de verbo ad verbum inde continetur approbare et confirmandum esse duximus. ut hi quidem autoritate nostra Regia prout Juris est approbamus & ratificamus, & circa horum praefatum libertatesq; omnes & gradictos mansionarios Capellanos nostros auderne conseruamus. Immunitati Ecclesiastice incorporamus et inuscerimus temporibus perpetuis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae die vigesima Sexta Mensis octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Regni vero nostri quinto decimo. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariae Regni. Confirmatio Privilegii Donationis horti in Sub Vibio Varsauiensi Venerabilibus Mansionariis Ecclesiae Collegiatae Sancti Joannis Baptistae Joannes Casimirus Odolski Sorae Regiae Mtis Secretarius rf. Cui Supplicationi uti Justae aclegitimae Nos benigne annuentes praeinsertas Confirmationis Literas, (quarum originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietauit) ad acta praesentia Suscipi iisdem inseri et irrotulari ex iisdem actis descripta authentice parti affectanti extradi mandauimus. In quorum &.

Actum Varsauiae Feria Tertia ante Festum Sancti Martini Pontificis proxima die undecima Octaua Mensis Octobris anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo

Relatis Illmi Procancellarii

Relatio Mri Regis Insinuatis extradita Citationis S. Samochi pro parte Rdis Menich Procons. Antiquae Varsauiae & aliorum.

Augustus Secundus &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis

Quod.

Quod vemens personaliter ad hanc nostri alta metrices Regni Cancellariæ minuris Provideo
Franciscus Skarzewski ministerialis Regni Generalis prout ex authentico suo
in Originali exhibito docuit in virtute sua veræ ac fidelis relationis ubique
faciendæ palam libere et per expressum recognovit. Quia ipse regiæ curiæ
existens ex officio suo condescendit ad hanc Villam Ducalem in Palatinatu
Masoviæ Terræ vero Varsaviensis die hodierna, videlicet octava Mensis
Octobris et anno nunc currenti millesimo septingentesimo Primo stylo:
vetis Suæ mandati tenoris talis: Augustus Secundus Dei gratia Rex Po
loniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kiovia
Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæ etc.
nec non hæreditarius Dux Saxoniæ et Elector. Tibi Generoso Petro Samoyski
Domino Principali, tum Nobili Francisco Lukoszewski famulo comitiali S
Comprincipali Igni præsenti citatione apud te arrestatis et stabilis illuc
urgetur de personis causam inscriptis bonisque vestris generaliter omni
bus mandamus ut coram Nobis et Senatoribus Regni et Magni Ducatus
Lithuaniæ in comitiis Regni Generalibus Varsaviæ, sive Gredæ, vel ubi
nos tocos cum proxime et immediate celebrandi, sexta die ab inhoatione
eorundem comitiorum prima tamen exclusa, seu tum dum et quando cau
sa præsens ex registris vocandarum causarum competenti, edendi curæ
clamata fuerit personaliter legitime ac peremptorie comparebis.
Ad instantiam Generosi Instigatoris Regni eiusq; Delatorum Nobilium
et Spectabilium Honorator et Famatorum Joannis Andreæ Ollenich Pro
Consulis, et dum Bucholtz Consulis et Thesaurarii, aliorumq; Consulum,
Advocati, Scabinorum, et Digniti Virorum, tabiusq; Commonitatis Civitatis
Nostræ Antiquæ Varsaviæ Sue et Honesti Ottonis Rubinski, Joannis
Kozłowski, Matthiæ Kuczynski, nihilum Civilium conservatorum, nomine
agentium actorum. Qui nos citant atque pro eo. Quod tametsi legibus pu
blicis Statutis et Constitutionibus Regni Securitas publica Fidei nis
persona maxime vero personis in Magistratu Civitatum Regni constitutis
tanquam brachia nostra ubivis locorum tam in loco Prætorii privilegiato
quamvis in area Curiæ Domus, quæ tutissimum refugium et arcis
præsidium esse debet, sit sera cauta, et gravata contra violentos Prætor
ac domuum alienarum invasores et militia præsidiaria Civilis Judicis Prætorii
Vulgo Sylvach fungentis aggressores, criminales sint interpretandæ
pœnæ. Nihilominus vos post paucis ab hinc pensis eadem legum pœnis
Sabbathi ante Festum Omnium Sanctorum proxime, et anno nunc currenti
pene pœnæ existentes, horis vesperhinis animo iniuriandi Nos et spectabi
lis Procuratus delatoris moderni præmeditato in absentia eiusdem, mul
tiam Civilem Extendia Prætorii subsistentem in locum Capitolinum sub ea
Securitate munitis armata manu vi et violenter invasistis et domestico
Andreæ Rubinski molestæ Civili ex Prætorio eunte in Curia Samoyski
furibundus de præsentia eiusdem Nobilis et Spectabilis Procuratus
regressum, adinvidens Miles Civilis prænominati delatoris ad Lapidem
residentis p

residentiamque suam condescendisse respondit protinus ipsum euaginatu framea circa Pratorium atrociter per varias corporis partes multis vicibus utinque fen cuspistis, conuerberastis, ac consauciastis; frameas transfigere voluistis, ac nisi ad iustam defensionem sui prouocatus Dominus ope Salutaretur, ipsum vix non interemistis. Nec his contenti imo maius crimen patrare intendendo Nobilem Proconsulem Delatorem modernum virum pacificum omni exceptione maiorem publica Securitate fretum in lapideam residentiamque eius violenter superaggressis, familiam Caulem custodum agentem vulgo Szylwach repulistis ac fugastis atque eundem Delatorem verbis ignominiosissimis honorem eius Proconsulatum Summopere ledentibus ac denigrantibus affeuistis. ac Nobilem eius Consortem enormiter dishonorastis contemptiastis. Tu vero Generose Samocki eandem pugno insaniem atrociter depercussisti, ac ipsum met Nobilem et Spectabilem Proconsulem Delatorem euaginata framea conuulnerare voluisti, dumque in actu violentae inuasionis militia Caulis demandato ipsius superueniret, et te ubi inuasorem et inimicum diffidatorem de lapidea expedire, extunc te vestibus his proiecto ad Praetorium cum militia Caulis condescendisti ibidemque deprehenso in ferreo Caulis Nobili et Spectabili Adamo Buchholtz Consule et Thesaurario dicta Ciuitatis delatore moderno in functione eius officii, dum vedelicet operarius circa fabricam Caulem laborantibus, mercedem Hebdomadalem exolueret, in praesentia plebis aggressus es grauissime dishonarasti contemptuasti bombardas in pariete pendentes arripere voluisti, pixidem militum diffidasti ac eosdem concussisti. Insuper ex Praetorio ob intolerabiles insolentias dimissus in foro Ciuitatis circa fornices vndique erectos decubuisti, ingentem clamorem ac uociferationem de nocte exercuisti, tumultum excitasti aliasque iniurias reales et verbales ingressione prohibendas intulisti. Familiares vero tuus complicitatem sibi prabuit, perinde pacem et Securitatem publicam violatis et panas eo nomine legibus Regni publicis Sanctas, et descriptas promeruistis quemadmodum premissa omnia latius in termino douenienti contra vos proponentur. Violentiaque per vos illata ingressione coram Iudicio Nostro educenda deducentur. Insuper licet legibus Regni publicis serio cautum sit, quod Magistratus Ciuitatum Nostrarum regiarum cum suis officialibus in causis tam Iuris quam facti in nullo altero Iudicio nisi Nostro Regio respondere teneatur. Decretaque in foro Caulis incompetenti prolata et obtenta nullitatis vitio subsint ac vigorosa contra euocatores extra debitum forum, legum sint Sanctae ac impositae pena. Vos nihilominus legibus et Constitutionibus regni panisq; de euocatione Sanctis postposuistis ausi estis ac temere praesumpsistis, Nobiles et Spectabiles Joannem Endream Ehnich Proconsulem et Adamum Buchholtz Consulem et Thesaurarium Ciuitatis nostrae Antiquos Vos delatores modernos intuitu tui Generose Samocki per milites Caules praesidiarios alias Szylwach per te violenter in Praetorium superaggressos quasi commendationis incarcerationis absque iniuria

iniuriarum illationis prout alias Stacho per te extradita latius premissa in se enarrat et obloquitur: ad Iudicium causarum officii pastrenalis Capitanealis Varsauien terminorum querelarum incompetenter et vexatorie Citatione in primi termini tachi extradita citare et euocare prout de facto citasti et euocasti condemnationes q super ydem delatoribus Nobilibus et spectabilibus Proconsule et Thesaurario Curiatis sub dicti Feria quinta in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum Anno nunc Currenti super prima in lucro Statutionis militum Curiae Sub pena infamiae Super vero Statuendis in lucro pena infamiae et colli Super alteram vero innegotio principali in lucro pariter legum vide licet infamiae obtinuisti et eadem infamiarum panno sub actu eo dem publicari fecisti. Quo vestro indebito progressu delatores aggra uasti leges Regni publicas violasti ac tumultuosi, atq; penda eo nomine Sanctas et descriptas Succubuisti ac in vos trahisti Pro gubus tam respectu facti per vos commissi quam intuitu euocationis delatorum ad forum ciuibus incompetens Super vobis inquirendis ter decernendis ac extendendis citamini. Necnon audiendum etiam diendum Statutionis Nobilis Francisci Lukoszenski famuli sui apud de arrestati decerni Et ne posterum simules munitiones Praetorii ac domus Proconsulis ac violentias committere audeatis Serio vobis et sub penis criminalibus inhiberi ac interdici Delatores modernos circa Constitutiones Regni eorumq; stria ac Priuilegia tum Decreta cum tati Antiqua Varsauis seruentia manuteneri condemnationes pri fatas una cum earum publicatione ea in causa intercedent aliaq; quaeuis attentata et totum processum cum eductis scrutinijs et defectu Iurisdictionis tolli cassari et annihilari Alia scrutinia per testes fide dignos rei notitiam habentes per Iudicium Nostrum decer ni a nexu condemnationum. praefatarum delatores exonerari atq; indemnitati Nobilium et spectabilium Joannis Andreae Menich Proconsulis et Adami Buchholtz Consulis totiusq; Magistratus et Communitatis Varsauien/ quos Nos in protectionem Nram Regiam assumimus ydemq; Salutem Emolumentum Nostrum damus et concedimus/ prouideri et ne ulterius usq; ad decisionem nostram processibus euocatoriis delatores aggrauare et prosequi/ quod vobis Serio et Sub pris in communitates authoritatis Iudicium Nostrorum Scabinalium Sanctis alijsq; Nostris arbitrariis atq; Sub nullitate attentatorum praesenti mandato interdicimus/ praesumatis, casu contrauentionis animae:

Quarti

Nobles Menich
et Buchholtz Thesa
rarius Antiqua Var
datum S.R.Mtis

animaduerh Castriaque pro grauitate facti et attentatorum causeq exigentia contra vos deberti et sententiari. Sibi igitur partibus terminus attentatui et Judicialiter ad premissa responsuri. Datum in Cancellaria Minori Regni Feria secunda ante Festum Omnium Sanctorum proxima anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Locus Sigilli Minoris Cancellarie Regni Joannes Casimirus Odolski Secretarius Regius Actis Secretarius. ex parte ad instantiam Suprascripta partis actoree contra Superius Nominatam partem citatam pro Judiciis Terminalibus ex Cancellaria Minori Regni emanata Copiam Sigillatum in bonis Suprascripta prefati Generosi Petri Samocki in Curia eiusdem propria hereditaria in mensa hippocastri presente familia eius domestica posuit intimauit et reliquit deq termino ex eadem citatione in modernis futuris Comitiis minime noh ficauit De quo presens ipsius relatio. Quam Nos ad acta presentia suscipi et ex eisd in forma authentica extradi permisimus. In quorum &.

Sub eodem actu

Nobles Menich Prodonsul et Buchaltz Thesaurarius Civitatis Antiquæ Varsaviæ mandatum S.R.Mtis approbant et singulis.

Significamus presentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Quomodo coram Nobis et actis Metricis Regni Cancellariis minoris montinenti Nobiles et Spectabiles Joannes Andreas Minich Prodonsul et Adamus Buchaltz Consul, Ciuitatis Nostræ Antiquæ Varsauiæ Suo et totius Communitatis Ciuitatis Antiquæ Varsauiæ nomine agentes comparuerunt et presentibus recognouerunt. Quia ipsi mandatum nostrum ad Nos et Judicia Terminalia Regni ad instantiam Sui et aliorum actor[um] e Cancellaria minori Regni contra Generosum Dominum Samocki Dominum Principalem et Nobilem Franciscum Lukoszewski eius famulum complicem et comprincipalem emanatum per Suprascriptum Ministerialem Regni Generalem taliter ut premissum est exportatum et intimatum approbarunt ratificarunt terminumq ex eodem mandato coram Nobis et Judicio Terminali Regni contra predictum citatum attentatores se declarauerunt hac sua personali comparitione ad premissa mediante. In forma alias approbationis mandati et declarationis de Jure plenissima. Quam manu sua propria Subscripserunt.

Andreas Minich Prodonsul Antiq. Varsau

Adamus Joannes Buckoltz Consul et Thesaurarius

Quam Nos ad acta presentia suscipi et ex eisdem partibus affectanti authentice extradi permisimus. In quor[um] Actorum et fidei

Sub eodem actu

Relatio eiusdem Illustris et Magnif: Domini Caroli Comitis de Brezyn et Rekawzew de Sarlo Prosancellarij Regni. Augustus &

Oblata Privilegij pro parte
Fam Josephi Behm fabri
Serarij.

Significamus presentibus literis nostris quorum interest vniuer-
sis et singulis quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices
Regni Cancellaria nostra minora Josephus Behm faber Serarius obtu-
lit et actis presentibus inseriendum petijt Privilegium Serenitatis
manu nostra Subscriptum et Sigillo minoris Cancellarie communitum
Sanum Salvum omnibq Suspitionis nota carens. Supplicauitq Nobis
vt illud ad acta presentia Suscipi ipsoq inseri et versus ex
achis descriptum authentice parti affectanti exhiberi permittere di-
gnaremur. Eiusmodi vero Privilegii tenor est quod Sequitur in-
lid. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie magnus Dux
Lithuanie &. Significamus presentibus literis nostris quorum
interest vniuersis et singulis. Commendatam habentes Josephi Behm
fabri Serarii in arte Seraria non vulgarem peritiam et in rebus agendis
dexteritatem fauendum duximus vtpote in numerum Seruito-
et officiosorum nostrorum Suscipiendum et cooptandum hisce lite-
ris nostris plenarium illi et omnimodam facultatem et potestatem
damus et concedentes, omnibus et singulis juribus priuilegijs
gratijs immunitatibus prerogatiuis et libertatibus Seruitores
nostros de Jure et consuetudine concernentibus vtendi et fruendi
meritis artificii Sui et alias quasuis tam sub presentia quã
absentia nostra vbiuis locorum publice artificium Suum expo-
nendi distrahendi & diuendendi artificialiu Suorum laborum
Sociis et pueris condiscendi Signumque exponendi tamen
a Jurisdictione quorumuis magistratuum eundem et consortes
eius eximimus et liberum facimus. Nostra vero et Magnifico-
rum Regni et Magni Ducatus Lithuanie Curieq nostre mareschal-
corum Jurisdictioni in omnibus causis Judiciariis excepti
causis fundi et contractuum eundem Subiicimus et incorpo-
ramus. Quo autem nostram uberiorem gratiam idem agnoscat
ne post mortem quispiam bona eius inuadere aut occupare
nec mea Mandatorum arbitrio et pretensionibus irrumpere
presumat debitis et facultatibus Suis mobilibus et immo-
bilibus acquisitis et acquirendis deq Summis pecuniarijs liter
graphis obligationibus Inscriptionibus et quibuscunq ad eosdem
pertinen-

pertinent et imposterum pertinere quomodolibet poterunt testandi siue per ultimam uoluntatis dispositionem seu ordinationem morientes legandi et donandi personis tam consanguineis quam extraneis applicandi facultatem et omnimodam potestatem damus et concedimus. ita ut quodquid per testamentum codicillos uel aliam quamuis ultimam summam uoluntatis testationem seu ordinationem disposuerit ordinauerit ratum habitum firmumq habituri sumus. et ab aliis haberi uolumus. Nemo aliquis in bona ipsius morte derelicta succedere aut quocunque modo ad illa se allegare presumat eadem omnia ab impetitione sibi Nostri iuriq communis penitus et declaramus Quae omnibus quorum interest notum esse uolumus mandamusq ut praefatum famulum Josephum Bohm pro actuali seruitore nostro habeant et obseruent omnibusq libertatibus prerogatiuis et immunitatibus supra recensitis uti frui et gaudere permittant. Pro gratia nostra et sub poenis in consuetudine priuilegiorum Nostrorum Statutis Inquirendis rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae die octauo Mensis Augusti Anno Domini millesimo septingentesimo Decimo. Augustus Rex locus sigilli minoris Cancellariae Regni Joannes Casimirus Odrowąż Sacrae Regiae Altis Secretarius. Cui supplicationi ut iustae ac legitimae Nos benigne annuentes praemissum priuilegium cum originale idem offerens ad nos denuo recepit et de recepto cancellando nostram quietauit) a cuius praesentia Suscipi eidem iuberi et publicum ex eisdem actis desuper authentice extradi permisimus. Inquirendis rei & actum. Ad:

Sub eodem actu

Relatio eiusdem

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest uniuersis & singulis Oblatam esse recognitionem ad actu Mehices Regni tenoris sequentis. Ja niżey podpisany znam tą kartą moią iż wnagłey potrzebie moiey pożyczyłem u Jm Pany Muchio wiczowey Stu złotych talerow bitych w ktorych dlatego przey wagi y wiary dałem wzastaw Jeomu łańcuszek złoty przyszyty dyamentowy o pietnastu diamentach y palasz złocisty. Ktore to rzeczy submittuię się poo zakładem takowey summy nayda

ley

ley zatydzien wykupic y nalezyta Summe oddac Zakontento
waniem na co sie dla lepszey wiary reką własną podpisuię
Działo się w Warszawie Szesnastego Junii Anno 1706. Michał
Gluchowski S. J. K. Mci mpr. Anno 1706. die Sexta Julii ode
brałem przyrzeczonem sposobem od tegoż P. Maciborowicza
tymsłow Sto które wyżej summą wyżey napisa
ną oddać obliguię się y podpisuię. Odebrałem od tegoż ćwie
Zaniuszek złoty dla mowy złoty Michał Gluchowski mpr. S. J. K. M.
Quibus recognitionem Nos ad acta praesentia Succedere permi
mus. In quor. F.

Oblata Privilegij Civitati Kizan.
Konice ejusq Incolis ser
vientis.

Actum Varsaviae Sabbatho post
Festum Sancti Martini pontificis pro
simo die duodecima Mensis No:
embris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Primo.

Ad relationem eiusdem
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest uni
versis et singulis. Quomodo personaliter ad Nos et acta Metrices
Regni Cancellariae nostrae minoris venientes Damian Hiacin
thus Wellerowski nunc advocatus et Paulus Trzaskowicz Scabi
nus Civitatis Oppidi Nostri Krasne Pole alias Krzeszkowicze
exhi- exhibuerunt et ad actitandum porrexerunt literas pargameneas
retustate consumptas antiquo charactere Scriptas, Supplica
runtq. Nobis ut easdem literas adacta praesenta Suscipi
isdem inseri et rursus ex isdem actis describi Subigne
extradi dignaremur. Quarum literarum tenor Sequitur
talis. In nomine Domini Amen ad perpetuam rei memo
riam et fide dignorum. et fidelitati nostrae testimonio ho
minum posteritati. Vladislaus Dei grata Rex Poloniae
Siradiae Cracoviae Ferrarum Masoviae Pandominiaeq Dux
Significamus tenore praesentium quorum interest universis et
singulis praesentium notitiam habituris. Quomodo Nos desertam
hereditatem videlicet Krzeszkowicze Schonfelist videntes cu
pientes vero eandem hominum affluentia adimplere et ab aliis
contiguis hereditatibus dislimitare et dividere constituimus
constituendumq esse duximus quatenus Quitas nostra Schonfelt
aut grodzyo Volabilo vocata inter meas et limitibus granicebusq
iuxta b

iuxta ius theutonicum Maideburgense permaneret ad dislimitandum & designandum granities & limites fideles nostro designauimus. Quimaprimis et primo a villa Wielunice usque ad limites granicierum castri Brzegkaly et fluuium dictum Niebrzezcy Potok. Et ab hoc Niebrzezcy Potok usq' ad quercum quod stat prope Barentinum alias Vberthert et a quercu versum usq' ad uiam Truszowski et quidem uiam Truszowska transeundo usq' ad Ecclesiam dictam Monasterii Ruthenicum circa Truszowicze sitam usq' ad Brzost et a Brzost intersecando inter Trusowicze et querceum ubi malefactor pro suo calore fuit Et a quercu usq' ad fluuium dictum Wiar versum transeundo fluuium Wiar usq' ad columnam inter Waskowicze ubi sunt scopuli alias Kopce et ab vsta columna et scopulis inter Klokowice et Mroczowice ad agrum et torrentem qui torrens currit usque ad Zablocie, versum autem a Wizankowice usque inter Krzizow Malhowice usq' in Hermanowice et ab Hermanowicze usq' ad lutum alias Moczydło dicto usq' ad viam Wielunice tendentem, transeundo autem viam predictam ad Wielunicé tendentem usque ad molendinum ubi Judex terre Framyshien residebat, et predictum molendinum in possessione sua habuit, atque ab eodem molendino usque ad Xiebrzesc perueniens granicies predictas et limites bonorum prefatorum nostrorum et aliarum hereditatum assignauerunt et nobis uti lateri nostro assistentis fide et consilentia sua retulerunt. Nos cum consiliariis et fidelibus nostris eadem granicies et limites predictorum bonorum ea: munibus punctis et clausulis approbamus confirmamus. et aduocatum in ciuitate nostra Schonfelt vere theutonico Maideburgensi iuri: terno tempore et perpetuo habendum vendendum commutandum donand possidend et in usus suos proprios conuertendum ipsi Aduocato et Successoribus suis legitimis, salubrius - - uicebimus conuertendi, cum omnibus attinentiis et pertinentiis limites et granicies cum omni Jure Dominio et proprietate, fructibus utilitatibus prouentibus agris pratis campis Syluis herbarum graminum omnibusq' excrescentiis mercis borris uirgultis quercetis Apistetiis quot quot construendis uniuersis aquis et earum decursibus molendinis aquaticis ventilibus Domibus institis Contuberniorum pro rebus mechanicis videlicet Sutoribus Sartoribus textoribus Tonsoribus Constructis et construendis quodquod inueniri possunt et specialibus ad predictam Aduocatiam Arborum graminum in Syluis existentium inuasion. piscatores adigendi Sunt ad piscationem in stagnis lacubus puteis, Animalia pastores in fundis suis pascere et seruare debent, quibus seriò prohibemus

praesentibus & futuris ne pecudes et pecora etalia cum damno
aduocati soleant et ciba predicti aduocati voluntatem et
profectum ex pascuis habere vsdemq; vbi sibi et gaudere etiam
volumus et aduocatum nostrum premonimus et molendinis
nullibi eos impediat Molendinatores verò obstacula et
lites habere debent cum Successoribus Suis et ipsi posteris
liberum erit Aduocato predicto et Suis legitimis Succesoribus
hominesq; suscipere locare, permanere plenarie ac se-
renis temporibus. Incolas nostros ab omnibus censibus
Dationibus contributionibus ac aliis officiis et obsequiis
laboribus quibuscunq; conductis pecuniis et conducendis
agriculturis Statuis datis Solutis, et ex expressa volun-
tate nostra agricolæ et possessores fundorum unam marcam
melioris monetæ in Regno nostro Poloniæ monetæ currentis
et numeri consueti cum duabus mensuris auenæ duobus
caseis et duodena ouis Super Festo Sancti Martini
quolibet annis nobis et nostris legitimis Successoribus dare
et commensurare Sint adstricti. ab omnibus aliis labo-
ribus Solutionibus et angariis liberantur. De quo censu
predicto videlicet de pecuniis Aduocato predicto
Sextum denarium sibi legitimisque eius Successoribus
damus et assignamus anuatim tempore accepto. Damus
etiam et mensurani auenæ et de pullis octauum pullum
insuper quosuis beneplacitos eius conuertere Domino irre-
uocabili. Promittimus quoq; de quolibet manso sex grossos
quilibet predictorum Soluere vt adstricti. Seruata cui-
tate libertate. Aduocatus predictis omnes poenas
eas duntaxat quotiunq; acquisitas Solus pro
se reseruabit de magnis poenis pata Capitalibus et ci-
minalibus Nobis duas partes dare tenebitur tertiam
partem pro se reseruabit. Sic ipsa voluntate nostra

Declarata

declarata quod in magnis falsarum Crimmum iudicialiter arguendis
duae partes Nobis et nostris legitimis Successoribus cedere debent
Aduocato autem et suis Successoribus legitimis haeredibus terta
pars praedictarum bannarum pleno Jure hereditario auterno
tempore adscribatur. recipiens tenens habens et possidens
Ipse et aduocatus praenominatus et eius legitimi Successores ha-
bebunt Jure hereditario auternis temporibus Omnia Macella
seu carnificia carnificum Saborum publicum Stue panium ac
etiam Balneum tenere possidere et ab eis census et redditus
exigere. Pro utilitate Patriahis praedicta damus assi-
gnamus conferimus in his prahis et damamus pascua
libera gregum alias Wygony pecorum pecudum quocung
uocabulo uocitata pariter quoque Aduocatus praedictus
in eodem Wygon pascendi pecora et pecudes, eusque
legitimi Successores ius habebit et auterno tempore
permanebit. Etiam damus et assignamus omnimodam
potestatem et libertatem in Sylvis nostris ubi
cunque Silis ligna pro se et foco necessitatequé
Sua et Suorum Successorum legitimorum comparare
Habebunt quoquè etiam homines dictae Quitatis
libertatem in dictis Sylvis Nostris suis liberas
Sibi preparare. et ligni pro foco et necessitate
sua sibi et alius hominibus euehere undecunque
adeuntibus. Damus etiam donamusque auiternis
temporibus Libertatem ab omnibus Judicijs quibus
cunque in omnibus Causis, Siuero aliqui per mini
steriales eorundem ut coram ipsis aut aliquo.
Ipsorum pro Causis tam magnis quam parvis pu
ta furti Sanguinis homicidii membrorum mutila
tionis Seu quibuscunq alijs enormibus excessibus
Quitati minime respondebunt. et comparebunt. Cives
vero praedictae Quitatis praehabito et aduocato seu

haeredib

haeredibus et successoribus eius legitimis adsciti sunt
praesentibus, et advocatus vera et eius legitimi succes-
res coram Nobis et Judicio nostro generali respon-
dere tenebuntur et adstricti erunt. Et si in ad-
ministranda iustitia remissi fuerint in colloquiis
nostris parebunt et nos decernemus. Concedimus
etiam praedicta Quitah nostra Schonfelt con-
hanem ipsi meliorem Fori Annualia ter magno
libet Anno Unam pro Festo Sancti Viti alteram
in Festo Sancti Laurentii & Tertiam super Festum
Sancti Martini. Septimana qualibet Septimana
Feriis Terbis constituimus et assignamus observare
decernimus. tenore praesentis. Dantes potestatem ab
omnibus et singulis mercatoribus et hominibus cuius-
cunque sexus fora visitantibus et omnimodam
facultatem exigendi. Mercantias et res ipsorum
iuxta observantiam et consuetudinem exigendi
Quitatum regalium vendere emere ac eham per
mutare iuxta ipsorum beneplacitum in praedictis
Foris. quos in accedendo et redeundo nostra potes
declaramus Securitate et libertate. Nisi tales sunt quos
iura non permittunt fovere. et quibus merito fide dignor
consortia denegentur. Mandantes omnibus et singulis Pala
tinatus Russiae Dignitariis Burgrabiis et aliis quibusvis
officialibus Regni nostri Poloniae, ut Mercatores et ho
mines utriusque sexus ad dictam Quitatem Schonfelt ad
praedicta fora annalia et Septimalia cum mercantiis et ipsorum
rebus libere sine quovis impedimento ire et redire stare et mora
ri prout ipsis melius persuasum et perspectum fuerit
permittant quia omnia sunt obtenta. Quibus rite fideliter
Cui Supplicationi Nos benigne annuentes praemissorum tenor
ad acta praesenta duximus inseri et pari affectu
ri extradi authentice permisimus. In quorum Factum &c. Re-
Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Trigesimo Primo Regni vri Anno. &
Sub eodem actu
Ad Relationem eiusdem Illmi et Rmi DD. Procan:
Augustini

Fam Hiacynthus Wetlerowski et Paulus Trushiewicz contra Gr Siedlisky et Fam Makowski protestantur.

Augustus Secundus Dei gratia Rex.

Significamus praesentibus Literis nostris quarum interest universis et singulis Quod venientes personaliter ad Nos et acta Nobilem Regni Cancellaria nostra Minoris Famati Hiacinthus Wetlerowski et Paulus Trushiewicz oppidani Nizankowiensis nomine et vice Magistratus et Communitatis oppidi S.R.M. Nizankowice solemniter vi et contra G. Stanislaum Siedlisky Dapiferum Dobrzinen bonor Zabkowice quovis Juris titulo possessorem et contra Fam Andream Makowski Oppidanum eiusdem Oppidi Nizankowicze protestati sunt ideo. Quod licet exui Jurium Regalium et Statutorum atq constitutionum Regni praeserpto Jures et oppidani Communitatesque Oppidor Sacrae R. Mtis nulli Cuipiam alteri Subsidio Insi et assessoriali et Relationum S.R.Mtis Subiacerent atq cognitio Privilegiorum Sacrae Regiae Mtis et Controversia vahone bonor regalium et Juridicum legibus Regni eidem Judicio Sacrae Regiae Mtis est reservata. Decretoq quod contra Jures decisore ipsis incompetentibus nullatenus vim Subiacerent imo contra Vocatores vigorosa poenae Sunt Sanctae. Nihilominus idem Grosus Stanislaus Siedlisky optimam earundem legum Regni publicarum et vigoris poenarum notitiam habendo iisdem temerarius Magistratum et Communitatem totam Oppidi Nizankowice non Contentus violentis et injuriosis damnis ipsis illatis de quibus sedulo protestationes Sunt interpositae ausus est ad Judicia Castrensia Praemysliensia demum Tribunales Regni evocare. prout de facto evocavit et pretextuoso limitum faciendo protestu non observato antiquo gravaminum ductu nec attentis protestantium Juribus et Privilegiis notabilem partem fundorum Jurisdictionalium Judicis Regii ab Oppido Nizankowicze auulsit et sibi ad bona Zabkowice appropriavit et post appropriationem condemnationibus in Judiciis Tribunalis Regni eosdem Oppidanos inuolvit utque firmius hanc fundorum Regalium auulsionem Stabilire posset Famatum citatorem Makowski nullum ab Oppido et tota communitate Nizankowicze commissum vel plenipotentiam habentem nomine Magistratus et Communitatis Oppidi eiusdem ad inscribendum compromissum ad acta Judicii Tribunalis Regni induxit in damna maxima litisq expensas adextremam formae ruinam ac desperationem Oppidanos induxit. Ratione quorum praemissorum tum denuntiatae memorati compromissi auulsione fundorum Regalium Regiq evocationis damnorum litisq expensarum causatione iterum atq iterum protestans salvo Jure eadem Jovis jens Quam protestatione manibus suis Subscripserunt Jacentij Wetlerowski P. T.

Quam emodi protestationem modo premisso factam Nos ad acta suscipi ipsamq inseri et ex eadem descriam parti affectanti extradi permisimus In quorum &

Actum Varsaviae Sabbatho post Festum Sanctae Catharinae Virginis et Martyris proxime die scilicet vigesima Sexta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo

Ad relationem eiusdem Illustrissimi et Magnifici Domini Pro Cancellarii Regni

Nis. Baranowski quietat
Mottlam
Gn. Kolinski

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quod comparens personaliter coram Nobis etiam Regni Prothonotario Jacobus Baranowski dum G. Davidis Baranowski Vexillaferi Sartaviensis Palatinatus Trocensis et Zofiæ Miluszewiczowny Senigum filius, sanæ mentis et corporis existens, ad ferias proximas Sanctæ Dominicæ Resurrectionis Suas quarumvis proprias et competentes recedendo huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni cum bonis et personis Suis se subiiciendo patam dixit libere benevole ac per expressum recognovit et praesentibus recognoscit Ipse ipse Generosum Matthiam Kolinski Decretorum Juris Regni Notarium huius Cancellariam de extradizione obligationum originalium unius quidem de anno 1679 die duodecima septembris super Summa quinque Millium trecentorum aureorum hungaricalium, alterius etiam de eodem Anno die et mense super Summam sexcentorum aureorum hungaricalium. Tertia denique de anno 1686 die decima octava Mensis Martii super Summam octodecim Millium florenorum polonicalium triginta grossis unumquemlibet florenum undum computandis per Praesidem et Consules Civitatis Gedanensis ut administratores bonni publici Generoso Davidi Baranowski Vexillifero Palatinatus Trocensis parenti Sui Recognoscentis recognitarum quietavit et liberum absolutumq fecit ac pronunciavit prout praedictus praesentibus quietat liberum absolutumq facit ac pronunciat Nobis sibi suisq Successoribus iuris praetextusq intuitu praefatarum obligationum ad eundem Matthiam Kolinski Decretorum Juris Regni et Cancellariam Nostram reservando aut exigiendo. Verum sibi in praemissis perpetuum silentium imponendo et tradicendo Quicha personali vendicatione ad praemissa mendacibus informationibus quibuscunq de Jure potenti cessura et per fectissima Quam manum propria subscripsit

Salus Baranowski

Quamquidem quietationis inscriptionem modo praemisso factam Nos ratam et firmam habentes habereque ab omnibus volentes de acta praesentia suscepi iisdem inseri et ex eisdem de verbo ad verbum desciptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c actum ut supra. Relatio &

Sub eodem actu

Relato eiusdem Illmi & Pro Cancellarii Regni

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux &

Signif.

Significamus presentibus Literis nostris quorum interest vniuersis et Sin-
gulis Quod Venens personaliter Ad nos et acta Metrices Regni Can-
cellarie nostre minoris Nobilis Jacobus Baranowski, filius Quon-
dam Danielis Baranowski Vexillifery Tartarici Palatinatus Trocensis
et Vielo Milasiewiczowny Conjugum filius. Satisfaciendo Decreto
Nostro Assessoriali. inter eund Mcos Baranowski et Magistratum
Gedanensem Anno presenti prolato. Obtulit. et ad faciendum
porrexit obligationes in numero tres per Magistratum Geda-
nensem prefato olim Baranowski. parenti Moderni offerendis
Super Summas in iisdem obligationibus expressas datis et Sigillo
Cuitatis Gedanensis obsignatas, Sanas Salues et illaesas omnique
Suspicionis nota carentes Supplicauitq Nobis est ut easdem reco-
gnitiones Ad acta presentia Suscipi iisdem moris et vsuis
ex iisdem actis descriptas parti affectanti authentice extradi
permittere dignaremur. Cuiusdem vero recognitionum seu
obligationum, et quidem prima tenor qui Sequitur talis. Nos
Praetores et Consules Ciuitatis Gedanensis, vti Admini Stato
res boni publici notum testatumque facimus, quibus id Scire
expedit vniuersis et Singulis. Nos exhibito Consilio in Subse-
dium Erarii publici, Siue pecuniarum vt vocant auxiliarium
leuasse et ad manus nostras recepisse a Magnifico et Genero
so Domino Davide Baranowski Tuhan Vexillifero Palatinatus
Trocensis Rothmagrobo Tartarico Sacra Regia Mtis etc Summam
Quinque Millium et trecentorum aureorum seu hungaricalium
florenorum iusti ponderis in specie. De qua Summa quinq Millia
trecentorum aureorum ad manus nostras tradituruni prefa-
tum Dominum Davidem Baranowski Tuhan omni melio ei
modo quietamus ac Simul vi huius obligationis promittimus
Nos eidem aut legitimis Successoribus eius vel cuilibet habenti
literarum fidei Sufficientis mandato instructo exhibentis
ex proventibus dicti erarii nostri, quolibet anno loco census
Mille ochngentos et quinquaginta quinq florenos monetae ar-
gentea in Ciuitate Gedanensi Consueta, quemlibet florenum
triginta grossis computandos Solutures, cuius Solutionis termi
nus in duodecima Septembris Anni Millesimi Sexcentesimi O
ctuagesimi maoet, Sicque Singulis Subsequentibus annis. Capi
talem

Capitalem vero quod concernit Summam hisce promittimus et spon-
demus Nos eandem mgungue Millibus et trecentis aureis Sue
hungaricalibus florenis, iusti ponderis inspeue, una cum censu de
curso et restanti cum pars parti debite hoc est Semestri ante lua
tionis terminum in hac obligatione expressum Spatio remunera-
uerit, illudq; Semestre preterlapsum fuerit reddentes et exolu
ves sore. In premissorum fidem Sigillum Ciuitatis presentibus
est subappressum Datum in Pretorio nostro die duodecima Se
ptembris etatis Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto.
Locus Sigilli Ciuitatis Sedanensis. Ab anno 1683. die 12 Septem
bris loco census debuntur floreni 1484. vigore declarationis a Dom:
no Creditore per literas facta. Emanuel Diegy. ab anno Mille
simo Sexcentesimo Octuagesimo octauo die duodecima Septembris
loco census debuntur de singulis centenis flor tres et dimidius
de tota Summa floreni 1278. gr 15. vigore declarationis a Dom:
no Creditore per literas facta Constantin Freder Secunda vero
obligationis tenor eusmodi. Nos Praeconsules et Consules Ciuitatis
Sedanensis uti et administratores boni publici nostrum testamur fa-
cimus quibus id scire expedit vniuersis et singulis Nos ex habito
Consilio in subsidium etarii publici Sive pecuniarum sut vocant
auxiliarium leuasse et ad manus nostras recepisse a Magnifica et
Generosa Domina Ziela Milosowna Dawidowa Baranowska Chorazina
Summam Sexcentorum aureorum E ad manus nostras tradetorum pre-
fatam Dominam Zielam Milasowna Dawidowa Baranowska omni me-
liori modo quietamus ac simul vi huius obligationis promitti
mus Nos eidem aut legitimis Successoribus eius uel cuilibet habid
literarum fideli Sufficientisque mandato instructo Exhibitori ex
prouentibus dicti Erarii nostri quolibet anno loco census Duco
tos decem florenos monetæ argenteæ in Ciuitate Sedanensi
consuetæ, quemlibet florenum triginta grossis computando
Salutiros, Cuius Solutionis terminus in Duodecimi Septembris
Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo incipiet, Sicque
singulis Subsequentibus annis. Capitalem vero quod concernit
Summam, hisce promittimus et spondemus Nos eandem inspex-
ientis aureis, Sive hungaricalibus florenis iusti ponderis
inspeue una cum censu decurso et restante cum pars parti
debite hoc est Semestri ante luationis terminum in hac obliga-
tione expressum Spatio renunciauerit, illudq; Semestre preter-

E Seu hungaricalium florenor iusti ponderis inspeue de qua Summa sexcenta aurea dict-

lapsum

lapsum fuerit reddituros ac exoluturos sore In premissorum fidem sigul-
lum Cautatis presentibus est subappressum Datum in Prætorio Nostro Die
duodecima Septembris etnno 1679. Locus Sigilli Cuitatis Gedanensis. etb
anno 1683 die 12 Septembris loco census debuntur floreni 16 ex vigo
re declarationis a marito Domine Creditricis per literas facte. Emanuel
Diegei. etb anno 1684. Die 12 Septembris loco census debantur de
singulis centenis florenijbes et dimidius de tota Summa fl 147. vigore
declarationis a Domino marito Dna Creditrice per Literas facte
Constantin Frederic. Terne demij obligationis tenor Sequens talis. Nos
Praetonsules et Consules Cuitatis Gedanensis uti administratores Boni
publici notum testatumq facimus vniversis et singulis quibus id
scire expedit. Nos ex habito consilio in subsidium pecuniarum auxi-
liarium leuasse et ad manus nostras recepisse a Generoso Domino
Danice Baranowski Murza Tuhan Summam octodecim millium
florenorum polonicalium triginta grossis ingremlubet florenum polon
computandis. Id circo de accepta Summa octodecim millium florenor
prefatum Generosum Dominum Danielem Baranowski Murza Tuhan
guietantes vi huius obligationis promittimus nos eidem vel cuili
bet harum literarum fideli exhibitori pro predicta Suma quolibet
anno Centum trium et dimidii florenorum de singulis centenis
Summam sexcentorum triginta florenorum polonicalium consti tuen
tem Soluturos Cuius: Solutionis terminus die decima octava Mensis
Martii Anno millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Septima incedet
Sicque singulis subsequentibus annis Summam vero Capitalem quo
adlmet hinc promittimus et spondemus Nos eandem una cum
censibus non solutis cum pars parti Spatio Semestri ante terminum
Supradictum illam debite renunciauerit illudq semestre spatium prad:
ter lapsum fuerit reddituros et exoluturos esse. In premissorum
fidem Sigillum Cuitatis presentibus est subappressum Datum
in Prætorio Nostro die 18 Mensis Martii Anno millesimo
Sexcentesimo Octuagesimo Sexto Locus Sigilli Cuitatis Gedanen
Cui Supplicationi uti iusta et legitima Nos benigne annuentes
preinsertas obligationes tres ad acta presentia, quarum origina
lia idem offerens denuo ad se recepit et de receptis Cancellariam
Nostram quietauit, Suscipi ex isdem descras pars affectanti au-
thentice extradi permittimus. In quorum maiorem fidem &
Actum ut supra Gelani eiusdem.

Actum

Actum Varsauiæ Feriâ Quartâ prædict
Festi Immaculatæ Conceptionis Beatæ Ma
riæ Virginis Die scilicet decima Men
Decembris Anno Domini Millesimo Se
ptingentesimo Primo

Relatio Illmi & Magnifici Domini Caroli Comitis de Frzyn? Pro Can

Augustus Secundus Dei gratiâ Rex Poloniæ

